LEXICON GRÆCO-LATINVM NOVVM

IN QVO EX PRIMITIVORVM ET SIMPLICIVM fontibus DERIVATA *atque* COMPOSITA *Ordine non minùs Naturali, quàm Alphabetico, breuiter & dilucidè deducuntur.*

IOANNIS SCAPVLAE
OPERA ET STVDIO.

EDITIO VLTIMA, PRIORI LOCVpletior & correctior:

CVM AVCTARIO.

Dialectorum omnium à IACOBO ZVINGERO *Phil. & Med. Basil. in expeditas succinctasque tabulas compendiosè redactarum.*



LONDINI,
APVD SOCIETATEM BIBLIOPOLARVM.
M. DCXIX.

Harvard College Library
Gift of
Julia R. Gilman
Brookline
May 13, 1932

AMPLISSIMIS AC MAGNIFICIS VIRIS CONSVLIBVS ET SENATORIBVS INCLYTÆ Bernatum reipublicæ, dominis suis plurimùm obseruandis.

NON vos latet, viri amplissimi, tuendæ pietati, sine quâ nullum regnũ, nulla respub. diu stare potest, perne cessariam esse legitimam puerorum institutionem, siquidem iam inde ab initio quum vos Deus optimus maximus ex densa errorum & superstitionum caligine ad apertam verbi sui lucem euocare dignatus est, scholas erexistis, Bernæ potissimùm & Lausannæ, quibus omni pietatis & eruditionis laude insignes viros hinc inde accitos præfecistis. Quinetiam studiosos vndecunq; aduenerint, in vestram tutelam susceptos, summa benignitate complexi estis, pauperiores verò non exiguo numero si modò bonæ indolis speciem præ se ferrent, idoneis stipẽdiis ad literarum studia inuitastis. Quod vt summa animi alacritate à vobis institutum fuit, ita etiam in eo nõ minori constantia persistitis: quippe qui dirutis ac solo æquatis veteribus ædificiis, quæ vestris scholis inseruierant, noua vestro splẽdore digna, Bernæ extruxeritis, atq; etiamnum Lausannæ extruatis, nullis q; sumptibus parcatis, vt & Musæ & Musarum cultores vtrobiq; commoda aptaq; habeant domicilia, vnde colligunt ij quibus ex prætériti temporis recordatione nota perspectáque est vestra in literarum studiosos munificentia, nihil à vobis prætermissum iri, vt vestræ illæ Academiæ, viris pietate omn'que eruditionis genere præstantibus abundent, in eisque tum diuinarum tum humanarum literarum scientia accuratiùs quàm antea vnquam tradatur. Ad quod efficiendum, præter gloriam immortalem, quam vestræ illæ scholæ vobis pepererunt, & cumulatiorem in dies reddituræ sunt, non parum animos vestros accendere atq; inflammare debet fructus longè vberrimus, quem ad vos vestramq; regionẽ, necnon ad alios longo locorum interuallo à vobis dissitos dimanasse non ignoratis. Nam si agricolæ tantum laboris, operæ & diligentiæ ijs agris, aut arboribus excolendis impendere consueuerunt, ex quibus fructum aliquem se percepturos sperant, quid in re tam fructuosa fieri decet? Ex ijs certè qui partim in vestra ditione, partim apud exteras nationes rerum publicarum ecclesiarúm ve gubernacula tenent, permultos esse constat, qui non aliunde quàm ex vestris illis gymnasiis, tanquam ex quo Troiano prodierunt. Nec dubium est, si sincerioris doctrinæ, optimarúmque artium atque linguarum studia vestro fauore complecti, vestra autoritate tueri, vestris opibus iuuare & ornare

indefessis animis perrexeritis, quin multò plures multóque doctiores in posterum prodituri sint. Quæres patriæ ornamento, Ecclesiæ emolumento, Deoq; in primis honori cedet. Enimuerò si in me vel tãtillum est eruditionis (quod planè sentio quàm sit exiguum) id vestro beneficio me consecutum esse profiteor. In vestra enim Lausannensi schola à pueris sum educatus, illic me vestra liberalitate aliquandiu iuuistis, studiaq; mea promouistis, illic primùm me ad publicam functionem euocatum vestro præsidio fouistis. Quum igitur studiorum meorum fructum vobis acceptum ferre merito debeam, nec pro vestrorum in me beneficiorum magnitudine gratiam referre valeam, nemo opinor erit qui audaciæ aut temeritati vertat, si hunc primum fœtum, qui & apud vos natus est, & cuius absoluendi causa me à mea prouincia tandiu feriari permisistis, quandiu necessitas postulauit, vobis nuncupem dedicemq;: vt meæ erga vos obseruantiæ & gratitudinis testimonium apud omnes extet, meoq; exemplo veluti classico, complures alios, non minus vobis deuinctos, ad eandem gratitudinis significationem excitem. Eum vt pro vestra humanitate & in literarum studia amore æqui bonique consulatis, etiam atq; etiam obsecro: idq; futurum mihi persuadeo, si eum iuuentuti, cùm alibi, tum in vestris scholis (in quarum potissimum gratiam susceptus editusq; est) literis Græcis operam danti prodesse intellexeritis. Nam si parentibus accepti sunt qui liberorum vtilitati consulere nituntur, minimè vereor quin hic meus conatus vestræ amplitudini gratus futurus sit: quum hoc vnum spectauerim, vt vestris scholis aliquid vtilitatis afferrem, quas non secus ac liberos vestros singulari beneuolentia complectimini. Et quemadmodum in augusto ædificio struendo, qui minutis lapidibus, terra, arena, & alijs id genus importandis manum admouent, opus cum præcipuis illius architectis promouere dicuntur: ita huic vestro tam præclaro cœpto, quo adolescentum studia iuuare magis magisq; cogitatis, hanc meam qualemcunq; operam quasi symbolam nonnihil subsidij allaturam esse existimaui, donec maiora præstare mihi concedatur.

Deus opt. max. vestræ reip. statum quàm diutissimè incolumem sua virtute tueri & conseruare, vestraq; consilia suo spiritu gubernare dignetur: vt vestro præsidio pietas sarta tecta vigeat, literarum studia floreant, omnia denique tum publicè tum priuatim vobis felicissimè succedant. Basileæ octauo Kalendar. Decembr. M. D. LXXIX. *quo anno Bernensi schola coronide imposita, Lausannensis gymnasij fundamenta iacta sunt. Quod faustum felixq; esse velit præpotens rerum omnium opifex & moderator Deus.*

VESTRÆ AMPLITVDINI
addictissimus IOANNES SCAPVLA.

LECTO-

LECTORIBVS GRÆCÆ LINGVÆ STVDIOSIS S. D.

DVABVS potissimùm de causis, vt mihi quidem videtur, plerique Græcarum literarum studium aspernãtur, aut certè segnius amplectuntur. Vna est, quòd earum præstantiam & vtilitatem non satis perspectam habeant. Verissimè enim cecinit poeta, *-ignoti nulla cupido.* Quum autem earum laudes à multis decantatæ circumferantur, hoc vnum dicam quod omnino persuasum esse debet, absque Græcæ linguæ peritia saltem mediocri doctum haberi posse neminem, quantamcunque in aliis rebus eruditionem fuerit consecutus. Nulla enim est ars, nulla scientia, quæ illius adminiculo carere possit. Altera est, quòd Græca lingua permultis longa, salebrosa, ac difficilis ad discendum videatur. Nam quum vitæ huius curriculum Deus opt. max. breuissimis terminis circumscripserit, facilè ab earum rerum studio absterrentur adolescentes, quas non nisi multo labore longóque temporis interuallo percipi posse arbitrantur: vt ad ea, quæ minus difficultatis præ se ferunt, minúsque temporis requirunt, animum adiiciant. Hinc illa liberalium artium & disciplinarum compendia emanârunt, quæ studiosis non solùm vtilia, sed etiam necessaria esse docti semper iudicârunt. Quum igitur prolixitatis prætextu multorum adolescẽtum animos, ab huius linguæ tam eximiæ, tam vtilis, nam necessariæ studio, deterritos fuisse atq; etiamnũ deterreri constet: operæprecium me facturum existimaui, si eam (contra vulgarẽ illorum opinionem à quibus immensa atq; inexhausta esse prædicatur) tum breuem tum facilem esse demonstrare conarer. Ad quod efficiendum, quum nulla compendiosior neque expeditior via occurrisset, omnes eiusdem originis voces, quæ in superioribus Lexicis alphabetico ordine scriptis sparsim leguntur, in vnũ veluti fasciculum cõgessi: primariæ tanquam basi ac radici cæterarũ primum locum assignaui: huic reliquas inde ortas primò simplices, deinde compositas certo ordine digestas subiunxi. Hoc enim pacto futurum speraui, non solùm vt singulis (quæ tanquam membra hinc inde dispersa atque dissipata cernebantur) suo loco collocatis, integrum corpus repræsentaretur, quod vno intuitu cerni posset, sed etiam vt primitiuorum, in quibus intelligendis omnis aut certè præcipua versatur difficultas, exiguum esse numerũ cuiuis pateret. Primitiuorum enim propria & natiua significatione cognita, deriuatorum quantocunq; fuerint numero significationes assequi quàm nõ sit difficile, nemo ignorat: siquidem deriuata suorum primitiuorum vim sequi, composita suorum simplicium significationẽ retinere solent: non secus ac liberi parentum ex quibus progeniti sunt, ingenium referre, riui fontium ex quibus scaturiunt, proprietatem resipere, surculi stirpium, & radicum ex quibus pullulant, naturam seruare cõsueuerunt. Singula autem ad suũ primitiuum ita reuocaui, vt interim quæ remotiori ratione ab eo deducuntur, illic indicata tantùm sua serie tractanda reseruauerim. Nam quum ex his plurima multiplicem ac diuersam sortiãtur originem, sæpenumero dubium incertúmq; est quò potius referri debeant. Varia enim sunt hominum iudicia, verissimúmq; illud est quod vulgò iactari solet, quot capita, tot sententiæ: adeóque quotidiana experientia testatur tam varium & mutabile esse vnius eiusdémque hominis iu-

dicium vt quod modò probârit, idipsum mox improbet, & contrá. Multa etiam sunt quorum etymon licet vnicum afferatur, ab aliis recipitur, ab aliis verò repudiatur. malui autem suum cuique iudicium liberum relinquere, quàm audaciùs quidquam pronunciare. Etyma verò ex optimis quibusque scriptoribus desumpta adscripsi, non quidem quæcunq; inueniri poterunt (quum ex iis non pauca sine dubio sint futilia & ridicula) sed quæ rationi magis consentanea visa sunt: cuiusmodi etiam nonnulla adieci, de quibus penes alios erit iudicium. Qua in re eò audacior fui, quòd pleraque ex iis quæ à me profecta esse putabam, ab aliis iam annotata postea animaduerterim. Enimuerò idem nobis faciẽdum arbitror, quod antiquos illos Platonem, Aristotelem, Plutarchum, & alios clarissimos viros fecisse videmus, qui vocum origines diligenter inuestigârunt, & ex nominis notatione veritatem rerum scrutati sunt. Refert A. Gellius Labeonem Antistium Latinarum vocum origines rationésq; percalluisse, eáq; scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos vsum fuisse. At quisquis Græcarum dictionum origines rationésque percalluerit, haud dubiè ea scientia instructus plerosq; nodos, qui apud probatos autores passim occurrũt, enodabit: errores plurimos præsertim ex cacographia natos emendabit: de propria cuiusq; vocis significatione rectè iudicabit. Quamuis autem illi plurima etyma solerter excogitata tradiderint, minimè tamen dubium est, quin multa posteris inuestiganda reliquerint.

Primam sedem interdum nomini, interdum verbo minus scrupulosè assignaui: sequutus ordinem qui mihi in quaque classe visus est commodior & facilior.

Nonnunquam deriuata in duas pluréssve classes pro diuersa primitiui significatione distinxi: vbi tamen obseruandum est vnum idémq; deriuatum aliquando in singulis classibus adscribi, prout ad diuersas significationes extenditur: vt videre licet in Ἄγγελος, in Ἄγγος, in Αἰτία, in Ἅλς, in Ἅπλοω, in Ἀρχή, in Κῆδος, in Κλείω, & aliis nonnullis.

Composita à suis simplicibus seiuncta iuxta seriem alphabeti collocaui, eáq; pro variis formis in varias itidem classes distribui.

Inter composita ea tantùm adscribere placuit in quibus primitiuum, cuius tractatio præcessit, vltimum locum occupat, ne eadem sæpius iterarentur.

Multa superflua, multa νόθα καὶ κίβδηλα, quæ Lexicis perperam intrusa sunt, rescidi: & peregrina & barbara non pauca, (qualia sunt Hebraica aut Syriaca ἀδάρ, ἀῤῥαβών, γέεννα, πάσχα, σίκερα, σίκλος, σάββατον, σάτον: item Latina, vt ἀρτεμών artemo, ἀσσάριον assarius, ἄλιξ alica, δέκοκτα decocta, δηνάριον denarium, δικτάτωρ dictator, ἔγεστα egesta, εἰδοῖ idus, ἴουστος iustus, κάγκελος cancellus, κεντυρίων centurio, κῆνσος census, κοδράντης quadrans, κολωνία colonia, κουστωδία custodia, λεγεών legio, λέντιον linteum, λιβερτῖνος libertinus, μάκελλον macellum, μέλκα melca, μεμβράνα membrana, μόδιος modius, μοῦστον mustum, νοτάριος notarius, νόμμος nummus, ξεστὴς ξέστος sextarius, vnde ἡμιξέστης semisextarius, ὀξυγγίον axungia, ὄγκια vncia, πραικόκια vel πρεκόκια præcocia, πρητώριον vel πραιτώριον prætorium, πωμήριον pomerium, ῥῆμος remus, ῥέδα rheda, σαξιφράγον saxifragum, σικάριος sicarius, σημικίνδιον semicinctium, σουδάριον sudarium, σπεκουλάτωρ speculator, σοῦβλα subula, ταβελλιὼν tabellio, ταβέρνη, ταβερνάριον taberna, τραβέα trabea, τρακτὸς tractus, τίτλος titulus, τέσσερα tessera, φέκλη fex, φενεστέλλα fenestella, φενόλης penula, φόρον forum, φραγέλλιον seu φραγγέλιον flagellum, φραγελλοῶ flagellare) hæc, inquam, non nisi à recentioribus Græcis vsurpata qui ea à Romanis sumpserunt, excluſi. Hebraica enim ab Hebræis, Latina à Latinis dictionariis non à Græcis petenda esse duxi. Ex his tamen omnibus nonnulla

nulla in suam seriem irrepsisse deprehendentur.

Hominum & locorũ propria (nisi quum fiunt appellatiua) nõ adscripsi: quòd peculiares de iis extent libri. Verbalia à præteritis passiuis formata (quorum quæ à prima singulari fiunt, vel in μα, vel in μην, vel in μος desinunt: quæ à secunda, vel in ις vel in ία præcedente σ, aut ξ, aut ψ: quæ à tertia, vel in της, πτος vel in φος, vel in τήριον, vel in ζων finiunt) verbis passiuis proximè subiunxi, vt formationis ratio melius appareret.

In hoc autem opere absoluendo quum plurimum temporis contriuissem (remorante me partim operis ipsius prolixitate, partim functione mea, partim denique priuatis occupationib.) incidi fortè in thesaurum ab Henr. Steph. cõstructũ: cuius sola inscriptione lecta, existimaui me actum egisse. verùm quum thesaurum illum penitus introspectum, præter alia multa à meo consilio discrepantia, diuerso etiam ab eo quem secutus fueram ordine scriptum fuisse, re ipsa cognouissem, idque amicorum oculis subiecissem, eorum iudicio fretus, multísque rationib. adductus hæc tandem in lucem prodire permisi. At verò ne thesauri illius Herculeo sanè labore compositi autorem bene de literis meritum debita laude fraudare, aut me alienis plumis venditare videar: quid illi acceptum feram, fateri non grauabor. Quum enim in eo thesauro tanquam *in penu* locupletissimo dictionum vim & proprietatem melius exprimi, significationes distinctius collocari, pluribus aptoribúsque exemplis confirmari, diuersas constructiones diligẽtiùs obseruari, denique quæ tum veteres tum recentiores lexicographi, scholiastæ, grammatici, & alij in Græcæ linguæ cognitione excellentes viri, ad hoc argumentum pertinentia scripserunt, pleniùs cõtineri & accuratiùs quàm in superioribus Lexicis collecta exhiberi cõperissem, ea inde potissimum deprompta meo instituto accommodaui, consultis iis quoque authoribus ex quib. illa in thesaurum fuerunt relata, paucissima ex plurimis exempla selegi: loquendi formulas nõ nisi magis necessarias apposui, ne liber in nimiam molem excrescẽs lectori tædiũ afferret, emptorémve pretij magnitudine deterreret. Sic autem in eo thesauro multa vocabula adiecta sunt quæ in aliis Lexicis desiderantur: ita etiã non pauca testimonio munita huc accessisse, si quis collationem instituat, sæpius deprehendet: atque adeò quamplurima ab iis qui diurna nocturnáque manu versant exẽplaria Græca quotidie adiici posse non est dissimulandum: præsertim verò ex cõpositis, in quorum numero, vtpote penè infinito, sitæ sunt illæ Græcorum diuitię tantopere iactatæ: verùm de eorum significatione, quantocunque agmine inueniantur, ex aliis eiusdem formæ compositis, quæ satis numerosè hîc inserta sunt, quum non solùm iudicare, sed etiam (quod semper licuit sempérque licebit) innumera ad eandem formam fingere & in vsum proferre cuiuis in Græcis authorib. vel mediocriter versato facile sit, non est quòd ea quisquam cum studiorum suorum detrimento hinc abesse putet.

Quoniam porrò propositum initio mihi fuerat, primitiua cum simplicib. deriuatis ordine alphabetico disponere: ideo deriuata à primitiuis recedentia (quod ad initiales literas attinet) nec nõ obscuriora quædam composita duabus lineolis iuxta eorum seriem inclusi, arbitratus quamlibet vocem à quolibet repertum iri: simplicẽ quidẽ aut suo loco, aut in illis de quib. dixi lineis: cõpositam verò in simplici, considerata posteriore eius parte, atque ideò terminationes compositorum in quib. simplicia nõ ita facilè apparerent, peculiari indici inferere decreuerã. Verùm ab amicis monitus me hoc compendio tyronibus non satisfacturum, alium

indicem ita construxi. Dictionibus alphabetica serie dispositis, primitiuas maiusculis literis descripsi: deriuatas idem literarum initium habentes, & primitiuum suum proximè vel præcedentes vel sequentes, in suo primitiuo quærendas esse ostendi, adiectis his vocibus, *cum deriuatis*. Exempli gratia: quum ἀγλαρφα, ἀγλαρφεν, ἀγλαρβυτης, ἀγλαρβεω, ἀγλαεφς sese in sua serie proximè sequantur, eorum primitiuum ΑΓΓΑΡΟΣ solùm adscripsi, addito, *cum deriuatis*: reliqua ibidem quærenda esse indicans. Sic φιλοσοφεω, φιλοσοφια, φιλοσοφικος, φιλοσοφικως, φιλοσοφος, quæ initiales literas & syllabas similes habent, in suo primitiuo φιλοσοφος simili ratione notato inueniri innuo. Voces etiam non paucas in eodem indice explicaui, partim obliuione, partim aliis de causis prætermissas. Dictiones per dialectum aliquam à communi vsu deflectentes (quæ poëtis sunt familiares, necnon inter solutæ orationis scriptores, Herodoto & Hippocrati Ionica dialecto vti solitis) indicabit tractatus de dialectis, vt eas hîc annotare non fuerit necesse. Passiuæ verborum terminationes sæpius in actiuis erunt quærendæ. Quæ habent duplex σ aut duplex τ, alterutro duntaxat modo scripta inuenientur. Quæ verò Attico more ξ pro σ habent, cum σ scripta quærentur.

Hæc sunt de quibus vos, candidi Lectores, admonendos esse existimaui: vt & scopum mihi propositum & methodum à me seruatam intelligeretis, ac proinde minore cum molestia in hoc opere versari possetis: ex quo si quid opis & adiumenti vestris studijs accedere sensero, me suscepti laboris, quidquid molestiæ & tædij attulerit, nequaquam pœnitebit, vos autem Deo omnium bonorum autori gratias mecum agetis. Quæ verò oscitanter aut perperam scripta offendetis (præter ea quæ in calce Operis notata sunt) eorum veniam me à vobis impetraturum spero, si errare humanum esse cogitaueritis: si quamuis tenues & perexiguæ sint vires iuuandi studium mihi non defuisse vobis persuaseritis: si denique temporis & otij in hisce perficiendis demensi breuitatem cognoueritis.

Non enim quod volumus id possumus, neque quod possumus id per otium præstare semper licet. Valete.

IN

IN IOANNIS SCAPVLAE LEXICON GRÆCOLATINVM ad Lectorem.

Atlantem memorat vatum veneranda vetustas
Impositum scapulis sustinuisse polum.
Nempe quòd astrorum motus, Solisq; labores,
Et lunæ instabiles nouerat ille vias.
At SCAPVLAM, quem nulla probè non cognita Graci
Vocula sermonis, syllaba nulla fugit,
Quidni (par causa est) commentum imitata priorum,
Hellada posteritas sustinuisse ferat?
Pondus vtri grauius? dicat quem pressit vtrumque
Vtilius sed vtrum? Græca reuolue, scies.
Tu tamen hæc inter, SCAPVLÆ gratare fauéque,
Tot peregrè aductas dum tibi promit opes.
Quas si quis numeret, numero contendat eodem,
Discere quot stellas axis vterque rotat.

In idem.

Assere nunc geminos vario sed tempore Atlantas:
Cælifer ante fuit, Græcifer alter adest.
Scilicet ille vagos cæli percalluit ignes:
Edocet hic voces Græcia quotquot habet.

In idem.

Quæ SCAPVLA ex variis veterum penetralibus olim
Carpserat, in propriam condiderátque penum,
Nunc eadem reserans, magno sibi parta labore
Prodigus exiguo dat potiunda tibi.
Quotquot enim superant Græca vel frustula linguæ,
Hic totidem Latijs reddita, Lector, habes.

AD STVDIOSAM IVVENTVTEM ex Horatij consilio.

Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musa loqui, Graijs sponte Minerua venit.
Hauriat è puris Graiorum fontibus ergò,
Qui sophiæ omne genus, qui sitit eloquium.
Vos inquam iuuenes, vos exemplaria Græca
Versate assidua nocte diéque manu.
At cuncta vt pateant, nec quicquam fortè legenti
Occurrat, cœptum quod remoretur iter:
Sit SCAPVLA hicce comes, quo fido interprete voces
Quamlibet abstrusas, quilibet excutiat.

Bellumbrani.

In

In eiusdem Lexicon.

Κείνθμον εἰνὶ λόγοις Ἑλλήων πλοῦτον ὀκριόν
Περφερονέες ἡμῖν πολλοὶ ἐδάφξαν ἀεί.
Περφερονέως μὲν ἐδάφξαν ἔμιξαν δ' ἐθελακκχοῖσι,
Μέτρα βίβλων ποίης ἀγνοέοντες ὅλως.
Ἄλλοι ταῦτα νόοιο ἀμέλει πόνον οὐκ ἐτάλασσαν
Ἀντλφν, δ' ἔστιν ἔργα πάσῃ ἀρχαλέα.
Πρῶτα κλυτὸς ΣΚΑΠΥΛΗΝ νέῳ φοίβος φωτὶ ἔφαινε
Δφκνύμνον μεθόδῳ ῥήματ' Ἀχαιὰ νέη.
Οὗτος ἄρ' εἰν ὄρχοις δυσημοσι πᾶσαν ἔθηκε
Λέξιος ὑποκλίνω, τ' κόπον ἔξαρύων.
Ὄρχατον εὐανθῆ τεύξεν, σιωπάλφρεν ἁπάσας
Εὐπάκλως φωνὰς Ἑλλάδος ἐλλογίμυ.
Ἀμφοτέραις ποίνιω πλεῖ δέλτον χερσὶν ἕλοιντο,
Ἑλλάδος εὐμαθίης πάντες ὅσσοισι μέλῃ.

In idem.

Naturæ miraris opus, quo germina ſtirpi
Artifici nexu tam bene iuncta vides.
Naturam ſequitur, methodo qui compare voces
Explicat, annectens ordine quamque ſuo.
Qui fontes harum reſerat, riuóſque ſequentes
In ſua deductis flumina cogit aquis.
Is SCAPVLÆ *labor eſt. fruere & mirare viciſſim:*
Hoc duce namque tibi Græcia tota patet.

Viti Merkelij.

IOAN. SC. LECTORI.

Momus ait nihil eſſe noui dare lexica: verùm
Hoc ego contendo Lexicon eſſe nouum:
Eſſe nouum nihil eſt, inquit, niſi conferat: atqui
Non caret hæc nouitas vtilitate ſua.
Quæ prius hîc illîc variè diſperſa iacebant,
Hîc ſunt ad proprium cuncta reducta locum.
Hîc voci ſedes defertur prima parenti,
Quam certo ſoboles ordine ſubſequitur.
Hîc multa à nullis tractata prioribus inſunt,
Fertilis ex doctis Hellados hauſta libris.
Nil igitur temerè ſtatuas: ſed perſpice, Lector,
Maturo expendens ſingula iudicio.
Tum ſi quod ſtudiis opus afferat hocce leuamen:
Fauerit optatis aura ſecunda meis.
Si minùs id proſit, ſequere vtiliora docentem:
Ingenij res quod potuêre, dedi.

LEXICON GRAECO-LATINVM.

A.

Prima est apud Græcos litera quã vocãt ἄλφα, à prima Hebrorũ Aleph. Præfixo articulo neutrius generis, in vtroq. numero declinatur, quũ alioqui sit indeclinabile: idẽ & de reliquis est intelligẽdũ. ¶ Interdũ est nota numeralis, significãs primum, sicut ϛ̓ῶ secũdũ, γάϊος tertiũ: & sic de cæteris. Peculiariter verò primus liber Iliados siue Odyssęę vocatus fuit. ἄλφα. Iucũdus ϛ̓ῶ. tertius γάμμα, & sic deinceps. Vt autẽ hę literę quũ numerales sunt, ab aliis discernãtur, lineolã illis quidã superponũt, alii accentũ acutũ. ¶ In Apoc. c. 1. ἐγώ εἰμι τὸ Α', καὶ τὸ Ω ἀρχὴ & τέλος. dicitur Christus esse A, quia omniũ rerũ principio sit antiquior: dicitur esse Ω, quia sit omni fine posterior, vt verè sua illi cõstet ęternitas.

In compositione verò multiplicẽ habet vsum. ¶ Aliquando est στερητικὸν, (q.d. priuatiuũ.) i. priuãdi vim obtinet. vt ϛ̓βεστος, stabilis, ἀϛ̓βεστος, instabilis. sic κακὸς, ἀκακος. σοφὸς, ἀσοφος. γάμος, ἄγαμος. φθαρτὸς, ἄφθαρτος. Sic & in verbis, ἀδέω, ἀπορῶ, ἀχαριστῶ, &c. Quòd si dictio, cui præfixum est α, à vocali incipiat, inter vtrãq; vocalẽ plerũque interiicitur ν. euphoniæ gratia: vt in αὐδάξ, αὔιος, ex α & ἄξ, ἴτος. Aliquãdo in hac significatione opponitur particulæ σύ: vt σύμφορος, ἄκαιρος, σὐχαρις, ἄχαρις. ¶ Cõtrà est aliquãdo ἐπιτατικὸν. (q.d. intẽtiuũ) h.e. vim addit significationi, vel magnitudinẽ, vel multitudinẽ denotãdo, vt in ἀγαθὸς, ἄγιος, ἄγελος, ἄξυλος, &c. ¶ Interdũ est ἀθροιστικὸν, q.d. coaceruatiuũ seu coalectiuũ. vt in ἅπαξ, ἀθρόος. In his tamẽ poterit α cẽseri ἐπιτατικὸν. In quibusdã etiã vocibus ὁμᾶ (i. simul) significare traditũ est, vt in ἀδελφὸς, ἀκόλουθος, &c. ¶ Interdũ indicat similitudinẽ vel æqualitatẽ, vt volũt quidã in ἀδελφὸς, ἀγάστωρ, ἀγάλλω. ἀβάλλω. ¶ Interdũ significat μόνωσιν, inquit Eustat. qui ἀμφίζωνας dictas esse vult quasi μονοζώνους. Sic & in ἀπλᾶν, quod sonat μόνον πλοῦν, i. ἓν q.d. ἅπλουν. ¶ Interdũ significat ὀλίγον, vel μικρὸν, vt ἀμφιδὴς pro ὀλιγοδὴς, sic ἄφυνὴς pro μικροφυὴς. ¶ Aliquãdo idẽ quod δύς, vt ἄδυλος. ἀ δύσβατος, & ἀπέρχεσθαι pro δυσπερᾶσθαι, itẽ ἀδύμορος quasi δύσμορος. ¶ Aliquãdo significat κακὸν, vt in ἄδηλος & ἀδηλία apud Sophoc. Et in ἄδηκτος, vt ἄδηκτος δῆξαι apud eundem. Sic in ἀφυὴς, ἄξεινος, &c. ¶ In vna eadémq; voce nõnunquã dupliciter accipit interpretationem: interdum enim vel τέρπειν vel κακὸν significat, vt in ἀκηδὴς. Aliquãdo vel ἐπιτατικὸν vel ἀθροιστικὸν esse posse cẽsetur: vt in ἀσκὸς, ἅπας. In quibusdã vocibus accipitur vel priuatiuè, vel pro ὁμοῦ. vt in ἄκηλος, ἀλόχος. In aliis significat vel μικρὸν vel κακὸν. vt in ἀφυὴς. Vbi verò nullũ ex præcedẽtibus vtym habet, pleonasticũ esse putatur: vt in ἄστεμφες pro στέμφεσθαι. pro στερῆσαι. pro στερέμνιον. ἀλαπάζω pro λεπάζω. ¶ Interdũ α geminatur, & est aut vtrumq; priuatiuũ: vt in ἀλίζω apud Hom. ex nomine ἄτη, in ἀάατος pro ἄπατος ex πατέω. in ἀάσπετος pro ἄσπετος ex πωτάομαι: aut est prius ἐπιτατικὸν, & posterius στερητικὸν, vt in ἀάσχετος, inquit Fust.

A', (cum spiritu aspero & accentu) articulus est postpositiuus neutr. gen. plur. nu. significans quæ: ab Ὅς, de quo vide suo loco. ¶ Est & pronomen possessiuum pro ἑᾶ, sua: vt τὰ ἃ σφῶϊν ἑκάστου, apud Homer. Sic ἃς pro ἑὰς etiam ponitur.

Ἇ (cum aspero & circumflexo) est adu. apud Dores significãs, quòd ὅσσα vt Theocr. Idyll. 13. Ὃ δ' ἃ πέδας ἄγαν ἰκάρᾳ, quò pedes duecbã, ibat. ¶ Apud eũdẽ poëtã ἃ πάχας, scholiast. exp. τὸ πάχος. addens subaudiendũ esse imperatiuũ ἔχε σε. ¶ Est etiam aduerbium similitudinis apud Hom. Iliad ξ. Αἴκε κακὸς ὦ, νόσφιν ἀλυσκέτω πολέμιοιο: vbi tamẽ quædã exemplaria habent ὡς pro ἃ. ¶ Est & particula admirantis, inquit Suid.

Ἇ (cũ tenui & circũflexo) vox est hominis succẽsentis, quiritãtis aut cõmiserãtis, vt Lat. ah. hei, heu. Est etiã perterriti ac perturbati: vt Lat. ehem. vel eho. Est & admirãtis, vt Lat. vah, aut eho. vt sæpe apud Hom. Ἆ ἄλλοι, & Ἆ ἄλλοι, &c. Est etiam optantis, vtinam: vt testantur Hesychius, Suid. & Eustath.

Ἄ Ἄ (geminatum, tenui & circumflexo notatum) aduerb. hominis perterriti, vel deterrentis, seu deprimẽtis, Aristoph. in Pluto, ἄ ἄ, πάνυ δάδα μή μοι ἀφῇς. Et in Vesp. ἄ ἄ, τί μ' ἐκπλήξεις, Εurip. in Oreste, Ἄ ἄ, τί δῆτα μ' ἐξανεγείρετ' αὖθις ἐκ πετρῶν. ¶ Item ἆ ἆ, vel ἃ ἃ. ...xpe est dolentis atque ingemiscẽtis aut quiritantis aduer. vt Lat. heu. heu. Eurip. in Helo, Ἆ ἆ, ὀδυνῶμαι πάνυ. & in Oreste. Ἆ ἆ, ἄδικος ἄδικα τοὶ ἀμπλακεῖν: Ἆ ἆ, aduerb. ridentis: vt & apud Lat. ha ha he. Eust.

Ἀ Ἀ ΖΩ, Fut. ἀάσω, Præt. ἀαμι, exhalo, propriè calidum halitum efflo. Aristotel. in probl. sect. 34 φυσῶσι μὲν γὰρ ψυχραὶ, ἀάζουσι δὲ θερμαί. *fictum à sono quem inter exhalandum edimus.

Ἀάσμα, ατος, τὸ, exhalatio, halitus, calidi efflatio.

Ἄανα, vide in Ἀ πάω Ἀ ἄκιον, &c. in Ἀ ἄαξ.

Ἀ Βά Ἀξ. vinam. Hesych. ¶ Est etiam idem quod φεῦ, heu: vt in Epigr. Ἀ βάλε χθαμαιὰς με κατέπλυσε πύμασι πόντος,

---

Ἄ Βαξ, ακος, ὁ, abacus. Pertio est tabula in qua mathematici numeros, lineas, aut quasuis figuras seu diagrammata ducũt. Pythagorica mẽsa, veteribus dicta, ex Martiani autoritate. Accipitur etiã pro quauis tabula calcularoria. vide ἄβακιον. ¶ Item abacus Macrobio, tabula aleatoria, siue alueus aleatorius. σανὶς πεπλανημένη, inquit Eustath. ¶ Ité tabula siue mensa, cui vasa quæ libet ad vsum quotidianũ comparata imponebantur, Ammon. ¶ Item canistrum, vt colligitur ex Poll. l. 6. c. 12. Numeratur etiam inter vasa siue instrumenta coquinaria, apud eundem eiusdem libri c. 13. ¶ Vitruuio abacus significat tabulam quandã, quæ supponitur episty...is siue capitulis columnarum. Idem abacum in podiis vocat planitiẽ, quę sedilis vicem præbet. ¶ Obseruatum & illud, solis latitudinem scientes abacum dici, eadem, qua diticus, notione, inquit Cęl. Rhod. ¶ Ἄ ἄξ pro ἄλαλος, vide in Βάζω.

Ἄ ἄκιον, ου τὸ, pro ἄβαξ, tabula calcularoria. Polyb. lib. 5. ὀντων γὰρ ἐν αὐτοῖς ἄβακες παρακλήσιοι τοῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις. Hinc ortum, vt peritiam iupputandi, quam Plato λογιστικὴν appellat, abacum vulgaris consuetudo vocauerit. ¶ Item tabula in qua Mathem. &c. vt suprà in Ἀ ἄξ Plut. in Catone, πρῶτα μὲν ἀβακίοις τὰ γραμμικὰ παρεκτίθησι. ¶ Item vas ad ferenda optonia commodum. Poll.

Ἀ ξακίσκος, ου, ὁ, tessella paimenti, apud Athen. lib. 5.

Ἀ Βαρ, ακος, τὸ, placentiæ genus, apud Aeschylum.

Ἀ Βρα, siue ἄβρη, ης, ἡ, ancilla, famula: quales matronæ ditiores ad honestiora ministeria domi suæ alunt, quibúsque vtuntur pedissequis. Eustathius annotat esse vocabulum ἑῴκον, à Græcis (vt & alia multa) vsurpatum. Legitur apud Menandrum in Pseuderacle, & Genes. 24. Exod. 2.

Ἀ Βρὸς, ὴ, ὸν, mollis, effœminatus, delicatus: vt ἁβρότερος γυναικῶν, apud Lucianum. ¶ Item pulcher, cultus, elegans. Herodot. in Melpomene, Ἀγαθύρσεοι ἁβρότατοί εἰσι, & χρυσοφορέουσι τὰ μάλιστα. Dicitur & de re. vt ἁβρὴ κλίνη, Achæo apud Suidam. Et ἁβρὸς λιμὴν exp. κομψότερος καὶ εὐθυδρομώτερος, quoniã prara, quòd floridiora & viridiora, eo sun. pulchriora. Ἁβρὰ πέπλα exponitur πολυτελῆ. ¶ Item festinus, lepidus. Luc. in Iudicio deorum, πρὸ γὰρ τοῦ κρίνειν ἁβρὸν ἦν ἀδρὰν μᾶλλον ἢ ἀσκεῖν. ¶ Item magnificus, grauitatem præ se ferens, elatus: vnde ἁβρὸς βαίνειν apud Eurip, in Med. magnificè sese inferre. * Etymologicus deducit ex α privatiuo & βάσις, vt sit quasi ἄβασις, ὁ κάθοδος βαίνων. alij ab ἅπτω, vt sit q. ἁβαφὴς, qui facilè tangi potest.

Ἁβρῶς, molliter, delicatè, festiuè, magnificè, &c. Eurip.

Ἁβρότης, ητος, ἡ, mollities, deliciæ, luxus. Xenoph. Pæd. lib. 8.

Ἁβροπώλιον, ου, ἰδem. Eurip. Exponitur etiam φαυδότης.

Ἁβρύνω, ὕνῶ, orno, splendidum reddo. Aeschyl.

Ἁβρύνομαι, ornor, nitesco, cultũ mihi cõparo. Cum dativo rei, Athen. lib. 12. διὸ καὶ ὁ τῶν γυναικῶν ἁβρυνόμενος ζῆλος. Item glorior, insolesco, magnifice me infero. Vsus in Apollonio ἑῴκασι δ' ἀκάμαντι ἐοικότες ἠὲ Θεῷ περ, ἁβρυνόμενοι κατὰ δῆμον.

Ἀ Βρύνομαι, idem quod ἁβρύνομαι Hesych.

Composita.

Ἐναβρύνω, idem quod ἁβρύνω.

Ἐναβρύνομαι, idem quod ἁβρύνομαι.

Παναβρὸς, omnino mollis, omnino delicatus.

Πλόκαμος, qui mollibus delicatisque pedibus est. Themist.

Α'ΒΡΟΤΗ, ης, ἡ, ἀυξ. All quado per se pronitur, aliquando cum nomine νὺξ, & cum plenus est sermo: vt Il. ξ. εἰσόκεν ἔλθῃ Νὺξ ἀβρότη. * derivatur à βορὰ, i. mortalis, præfixo α privativo, quòd noctu lateant mortales ἐν ἢ βορὸς ἢ σῖτος, inquit Eustath. i. in qua mortalis non prodit. Suidas autem, παρὰ τὸ ἐσπέρας βορᾶ, i. quod priuata sit mortalibus. Alias etymologias vide apud Eustathium, & Etymol. (pecco.

Α'ἔβρητον, ῶ, Γ. νου, P. πκε, noctu occurro. Hesych. Significat etiã

Α'ἐβρητὴν, ονος, ὁ vel ἡ, peccator, peccatrix. Hesych.

Α'ἔβρητον, ἡ, peccatum, ἁμάρτωλὸν, idem Hesych.

Α'ἐβρήτευε, Ε. ξω, P. χα. aberro in via, aut in nocte euagor. Il. κ. μετὰς ἀβρητεύοντε μάλ' ἀλλήλοισιν, i. ne aberremus alter ab altero. vbi Eustath. ait ἀβρητεύειν esse aut τὸ σφῶν δοκιμαζόντων εὐοδεῖ. i. à mortali aberrare in via: aut τὸ εὐφρήνη δοκιμάζειν, i. in nocte euagari. Hesychius dicit, δοκεῖ δὲ δοκιμεῖν τὸ βορὸν τῶν βορτῶν ἐπὶ τῶν σωφρόνων, i. ex eo quòd homo ab homine aberret post occurtum.

Α'ἐβρήτευε, ως, ἡ, aberratio, deflexio de via Eustath.

Α'μεβρήτω, (assumpto μ) aberro, vt & ἀβρητεύω. Il. ψ. ἐβρήσε μὲν γὰρ ἵππος Ἡμεβρητ' ἀκέλευστος. Il. ε, Ἡ'ἐβρητε, ἀντ' ἐπῆρε. vbi annotat Eust. hæc prouerbialiter dici in eos, qui aberrant ab eo, quod sibi propositum erat: atque idem his duobus verbis significari ἐν παροιμίαις: fierique ἠμεβρητε vel ex ἀβρητω, per pleonasmum ἐ μ, vel ab ἠμφεπε, mutando α in ο, & traiiciendo ε, nec non inferendo β, ad elegantiorem tonum, vt fit in χαμαδὶς, & in μισημβρία, aliisque huiusmodi.

Α'μβρητὸν. cum μ. exp. ἀμφιτὸν, & ἀπατηλὸν βορτῶν. Ité κρύπτειν. apud H. Sych.

Α'ΒΡΟΤΟΝΟΝ, siue ἀβρότονον, ε, τὸ, abrotonum, herba teu plãta perpetuò virens: * sic nominata, διὰ τὸ ἀεὶς θάλλειν φύλλοις ἀβρότη ἢ ἁπαλὸν, quòd aspectu sit mollis & tenera. Nicander in Ther. Μαὶ μὲν ἀβρότονοιο, τό, τ' ἄγχιστα ἴρισι ῥάπτει Α'ερόλλῳ ὑπὸ ῥάκεσσιν. Vide Theoph. Hist. plant. lib. 6. c. 1. apud quem annotant legi etiam ἀβρότιδον, vide & Dioscor. l. 3. c. 129.

Α'ἐβρότονον & ἀβρότονίτης, ου, ὁ, confectus ex abrotono. vt ἀβρότονον ἔλαιον siue ἀβρότονον μύρον, apud Dioscor. lib. 1. cap. 66. Et ἀβρότονίτης οἶνος, apud eundem lib. 5.

Α'ΒΡΥΝΑ, πὸ, Hesychio συκάμινα μόρα. Sic & apud Athenæum lib. 2. Α'βρυνα, συκάμινα ἃ πολλοὶ τινες μόρα.

Α'ΒΥΡΤΑ'ΚΗ, ες, ἡ, barbarismus edulium, ex Dorico ad Atticismum, granis mali punici: & eiusmodi aliis quibus inest τὸ δημῶδες. Theopomp. in Theseo, Η'ξεὶ δ' Μάλλον γεῦμα, ἢ ὅτι παρέδωκεν Πλείων πιττὴν & σέρκον ἀβυρτικὴν. Vtitur eo vocabulo & Menander in Cecryphalo, teste Suida: & Alexis apud Athen. lib. 3. Luc. in Lexiph. ἀκριβείας annumerat hanc ἀβυρτικὴν, itemque Plutarch. Symp. 4.

Α'γάαμαι, ἀγάζομαι, vide in Α'γάω.

Α'ΓΑΘΟΣ, η, ὁ, bonus, probus: vt ἀγαθὸς αἰὴρ, & ἀγαθὴ γυνή. i. lat. & Xenoph. Dicitur & de re. vt ἀγαθὸς οἶνος, ἀγαθὴ ὁδὸς. ¶ Item fortis, strenuus. Il. ρ, Τῶν δ' ἀγαθὸς μὲν πάντοθεν βέλε' ἀπὸ τῆσ' ὅσις ἀφείη, Η' κηρὸς, ἢ ἀγαθὸς. Et Thuc. lib. 2. οἱ ἢ ἀγαθοὶ πρῶτον τὴν σωφρονοῦσαν ἄθλοις ὑφεῖτο. ¶ Item prudens. Apud Hom. Il. 1. Μάλ' αὖτως ἀγαθὸς ἐσσὶ θεοείκελ' Α'χιλλεῦ. annotat Eustath. significare vel strenuum vel prudentem. ¶ Α'γαθὰ πράγματα, res fœcundæ, apud Thuc. lib. 3. In eadem significatione viurpatur & ἀγαθὰ sine substãtiuo, Xen. sic ἀγαθὴ τύχη Lat. quod faustum felixq; sit. ¶ Ἀγαθὴ δαὶς, Il. ψ, lautum & opiparum epulum. ¶ Item præstans, excellens. vt βοῦς ἀγαθὸς, apud Hom. Sic Xen. ἀγαθοὶ πὶ πολεμικά. Et pro eodem, ἀγαθοὶ πρὸς τὸ πόλεμον, apud Plut. & αἱρῆς εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς, apud eundem. ¶ Item peritus vel aptus: vt ἀγαθὸς πρακτῆρας, ἀγαθὸς τοξότης, ἀγαθὸς σκυτοτόμος. Et cum infin. ἀγαθὸς ἐν δίκαις. Plut. peritus equitandi. ¶ Item vtilis. Cum genit. Theophrast. ἀγαθὸς τὰ ἱερὰς νόσε, vtilis ad versus comitialem morbum. Cum dat. vt Od. ρ, Αἰδῶ δ' οὔτ' ἀγαθὸς φὴς' ἐμεμμεναι οὔθ' ἱκέτῃσι. Et cum præpositione πρὸς vt ἀγαθὸς πρὸς τὰ ἔλκη. Theophr.

Α'γαθὸν, ῶ, τὸ (substantiuè) bonum: vt ἀγαθὸν ὀρέγεσθαι. Cic. interpr. ipsum bonũ crescendi accessionem nullam habet. Tradunt quidã ἀγαθὸν non præfixo articulo de quolibet bono vsurpariat τὸ ἀγαθὸν, vel τ' ἀγαθὸν de summo illo bono. ¶ Item commodum, emolumentum, vtilitas: vt ἐπ' ἀγαθῷ ἢ Κύρου. Xen. Pæd. 7. commodo Cyri. Ité Pæd. 3 σὺ δὲ τοῦ σεαυτοῦ, ἢ σοὶ τὰ σὰ ζημία. cum infin. Il. ω, ἀγαθὸν ἢ γυναικὶ θεῷ ἐν φιλότητι Μίσγεσθ', vtile est, iuuat, confert. ¶ Α'γαθὰ (plur.) opes, facultates, & cuiusuis generis bona. Xen. πολλῷ ἢ ἄμεινον ἐστὶν ἀγαθῶν μεσταὶ. ¶ Pro beneficiis: vt ἀγαθὰ ποιεῖν vel ἐργάζεσθαί τινα, beneficia conferre in aliquem, apud Hoer. & Luc. ¶ Pro virtutibus & dotibus. Hoer. de pace: τοῖς μὲ ἀγαθοῖς εἶς ἐγκῶμ ἐν τῇ ψυχῇ, τέτρις κτήμασιν ἐν τῷ ὠφελίας ἕν διόρθμοι, τυγχάνομεν.

* Fit ἀγαθὸς ex ἀγασὸς (quod est verbale ex ἄγαμαι seu ἀγάζομαι) abiectione σ, & mutatione τ in θ, inquit Etym. & Eust. Hic tamen ἄγαν hac voce includi traiit, atque ideò nullum nec comparat. nec superl. habere. Irregulares autẽ comparatiui sunt: ἀμείνων, ἀρείων, βελτίων, κρείττων, κρείσσων, λώων, χείρων. Et superl. ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος.

Α'γαθὸς, viliter. Hippocr.

Α'γαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas. Et pro θεότης (de Deo dicitur) Greg. Α'γαθοποιὸν idem. Rom. 15.

Α'γαθὸς, ἡ, ὁν, probus ἀγαθὴ, proba, rectè & cum virtute facta vel dicta. Suid. (reop.

Α'γαθύνω, Γ. νῶ bonum efficio, beneficio afficio. Dionys. Α'γαθυνόμενος, bene affectus sum. Nehem. cap. 2. & Dan. 6.

Α'γαθίδιον, bona dicu. Aristoph. δῶπὸς ὑπόρρυτος κἀγαθιδιομβρίας λαθεῖν.

Α'γαθὶς, ίδος, ἡ, Hesychio fasciculus fili seu staminis colligati glomus. vnde. ἀξιαδὶν ἀλιαδίδες, bonorũ glomi, apud Poll. prouerbiũ de opibus extructis & affatim cumulatis: fũpta metaphora à glomere textorio, qđ ex plurimi filorũ cõuoluto rũ gyris cõstat. Apud Suidã i gitur etiã αὐτ' ἀγαθὶς ἀξιαδίδες: ad prouerbiũ esse dicen tẽ τὸ ὃ παχύτατον αὐτ' ὧν δικτύται σαν ἀφ' ἑαυτῶν. si ἀγαθίδες id est: ut seu conuoluti bonorũ. ¶ Significat. ἀγαθὶς etiam τὸν σπερμίδιον. Eust. Hesych.

Composita

Α'νδραγαθία, ἡ, strenuitas, fortitudo Aristoph. in Pluto. Item actio vnius fortis viro. quasi ἀνὴρ ἀγαθὸς ἔργον. Xen. & Plut. Item officium viri boni, probitas.

Α'νδραγαθίζομαι, fortem virum me præsto, fortiter me gero. fortem virum me præsto. Thuc. l. 3.

Α'νδραγάθιον, ῶ, idem, & quidem frequentius. Plut. ὁ δ' ἰσπλάσιον ἢ ἀνδραγαθεῖν τοῖς ἀπὸ σωτ' ἡμέρᾳ. Et cum accus. apud eundem, & πολλὰ ἐν Λακεδαίμονι χαίρειν διδράγαθήκασι ἐπιπεμπόμενοι. Dicuntur viri ἀνδραγαθεῖν, qui autem res ἀνδραγαθίαζ. fortiter gerì.

Α'νδραγαθήμων, ον. facinus viro forti dignum, actio viri forti & strenuo iter vel præclarè gesta.

Α'νδραγαθητὸς, ὴ, ὸν, qui facinora edit viro forti digna, virum se cum fe præstans, fortiter se gerens.

Α'ὐτάγαθος, ipse per se bonus. Greg. Naz. de Deo.

Κἀγαθὸς, vt καλὸς κἀγαθὸς, id est, καλὸς & ἀγαθὸς, bonus, strenuus & prudens.

Καλοκἀγαθὸς, (id est, καλὸς κἀγαθὸς,) probus, bonus, honestus, & absolutæ & cõsummatæ probitatis. Aristot.

Καλοκἀγαθία, ἡ, probitas, integritas & honestas. Xen. Apud Hoc. est καλοκἀγαθία τρόπων, morũ honestas seu integritas.

Καλοκἀγαθικὸς, ὴ, ὸν, vsurpatur pro καλοκἀγαθὸς, apud Plut.

Μισοκἀγαθία, ἡ, odium bonorum, seu bona omnia odium.

Παναγαθὸν omnino bonus, optimus. Plat. epist. 8.

Πατραγαθία, ἡ, paterna strenuitas, patris aut patrum strenuitas & probitudo. Plut. in Apoph.

Φιλαγαθὸς, amans bonorum. (tate carens.

Α'φιλάγαθος, qui non est φιλαγαθὸς. Exponitur &, benignitate carens.

Ε'κχωρᾷγαθὸς, qui honestus delectatur studiis, & virtutem amplectitur. apud Strab.

Α'γᾶῦ, ἀγᾶϊε, &c. vide in Α'γάω.

Α'ΓΑΛΛΟΜΑΙ, ῶμαι, Γ. λῶ. lætor, ornor, insignio, decoro. Plat. de leg. li. 11. τὰ ὧδε ἀγάλλεσθαι λέγεται. Aristoph. in Pace. καὶ σὺ θυσίαισιν ἀγαλλόμενος ἀεί * Eust. ex ἄγαλμα deductum vult. Alibi verò scribit ἀγάλλομαι dici quasi ἀεὶ ἄγαλμα ἑαυτὸν ἀναλόμενος.

Α'γάλλομαι, ornor, insignior, decoror: sed vsurpatur potiùs de ponẽtibus ornamẽta. Il. σ, ὃς κεν ἀγαλλόμενος τεύχεσι καλὰ Ἀρηΐ ὄρνυται ἀγαλματι). ¶ Ité glorior: vt ἀγαλλομαι τινὶ, vel ἐπί τινι, glorior hac re aut de hac re. Hesiod. Thuc. Xen. Et cũ infin. apud eũdẽ Xen. Hell. 6. ἀγαλλόμενοι ἢ δοκῆσαι ἀεὶ ἀγαθοῖς. ¶ Item obiecto me re aliqua, gaudeo, exulto. Cũ dat. rei, Od. ε, νῆϊς ἀγαλλομένη Διὸς ὄρκῳ. Xen. οἱ ἢ γεραίτερον τῆς ἢ νῦν ἡμᾶς ἀγαλλονται. Inuenitur & cũ accus. Eoigr. li. 4. et cũ infin. apud Non.

Α'γαλμα, τὸ, ornamentũ, obiectamentũ. Hom. & Æsch. hyll. ¶ Ité simulachrũ, statua, Herod. & Plat. Ponitur & pro imagine picta, inquit Suid. Apud Plat. ἀγάλματα Cicero formas interpretatur & metaph. vt κρηδύας ἀγάλματα, Syn.

Α'γαλμάτιον, ου, τὸ, statua parua, imagunculus. Luc.

Α'γαλματῶν, ῶνος, in statuam verto. Lycophr. in Alex.

Α'γαλλίαμα, ῶ, & ἀγαλλιάσεμα, ὄμεμα, frequẽtia sunt apud Eccl. scriptores pro exulto, lætitia gestio, ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου. Luc. 1. Luc. 10. ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι. Item Act. 16. ἠγαλλιᾶτο πανοικὶ πεπιστευκώς. Et Apoc. 19 χαίρωμεν & ἀγαλλιώμεθα. Et 1. Pet. 4 χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι. Greg. Naz. πέφηνε ἢ χαρᾶ ἀγαλλιᾶσθε.

Α'γαλλίασις, ως, ἡ, & Α'γαλλίασις, εως, ἡ, exultatio. Luc. 1. & ἔσται χαρὰ σου καὶ ἀγαλλίασις. Greg. Naz. ἀκτινοβόλησε ἀγαλλίασιν καὶ ὀλοφύρσασθαι κακὰ θέσεως.

Α'γλαὸς. quomodo huc pertineat vide suo loco.

Ε'πιγαλλόμενος (compos.) pro ἀγαλλόμενος, exulto. Il. π. Μηδ' ἐπιγαλλόμενος πολέμῳ καὶ δίοπι. Item superbior, efferor, μὴ ἐπιγαλλόσθω ἀνωτέρω. apud Basil.

ΑΤΑΛΑ-

Α'Γ'ΑΛΑΟΧΟΝ, lignum quoddam est, quod ex India atque Arabia deportatur, thuiæ ligno simile, odoratum, & gustu adstringens, vt inter alia tradit Dioscor. lib. 1. cap. 21.

Α'γαμαι, vide in Α'γάω.

Α'ΓΑΝ. aduerb. nimis, immodicè. supra modum. vt ἄγαν λυπεῖσθαι, apud Plat. nimis mœrere. ¶ Ponitur & pro valde, vehementer. Xenoph. Pæd. 1. ἀκοὴ ἀφροδισίων ἢ ἀλγεινοτάτων ἀφῆς τῆς ἄγαν ἡδέος. ¶ Præfixo articulo induit formam nominis adiectiui: vt ὁ ἄγαν, nimius, immodicus, vel vehemens. Sic in fœm. ἡ ἄγαν, & in neutro τὸ ἄγαν. Idemq; accidit cæteris aduerbiis. * In compositione aliquando ν amittit, aliquando in aliam mutat: vt ἀγασκλὴς, ἀγάλεος, &c.

Α'ΓΑΝΑΚΤΕ'Ω, τῶ, Γ. πήσω, P. πηκα, doleo, i. doloris sensu afficior. Dioscor. lib. 5. cap. 76. ἀγανακτῶσι τὰς ὀδόντας ἐν τῇ γνάθῳ. ¶ Item indignor, stomachor, ægre fero. Et conqueror, Hoc. de Pace, ἀγανακτήσομαι εἰ μὴ τὸν αὐτὸν ὀκείνοις τιμὸν ἴξομαι. Sæpe etiam dicitur ἀγανακτεῖν ἐπὶ τινι. Et cũ præpositione τινὰ per ἀνάθημα δὲ τοῦτο ἀγανακτήσει ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς. ad prouerbiũ esse dicen tẽ ἐπὶ τῷ παχύτατον αὐτῶν ἀγανακτήσαι ἢ ἀγαθίδες. si ἀγαθίδες id est: ut seu conuoluti bonorũ. ¶ Significat. ἀγανὶς etiam τὸν σπερμίδιον. Eust. Hesych.

Composita

Α'γανακτησία, ἡ, dicitur voce media pro ἀγανακτῆσαι. Luc.

Α'γανάκτησις, εως, ἡ, dolor, doloris sensus. Plat. ¶ Item indignatio. Item ichatio. Thuc.

Α'γανακτητὸς, ὴ, ὸν, vnde ἀγανακτητὸν, indignè ferẽdum, querendum.

Α'γανακτητικὸς, ὴ, ὸν, querulus, qui facilè queritur & ægrè fert casus incommodos. Plat.

Composita.

Διαγανακτῶ, ῶ, perægrè fero, indignor.

Ε'κπαγανακτῶ, ῶ, indignor ob.

Περιπαγανακτῶ, valde indigne fero. Hippocr. ep. ad Demag.

Συναγανακτῶ, ῶ, condoleo. B.

Συναγανάκτησις, condolescentia. apud Aristot.

Υ'περαγανακτῶ, supra modũ indignor, vehemẽtiùs stomachor vel cõqueror. Et τὸν ἐφεστραγανακτῶ τοῦτο μ' ἀγανακτῶ ὑπὲρ ἔβη.

Α'γαλὸν, vide in Α'γω, i. frango.

Α'γαὶὸς, vide in Γαῖ'ος. At ἄγαιος in Α'γω, i. frango.

Α'γάομαι, vide in Α'γάω.

Α'ΓΑΠΑ'Ω, ῶ, Γ. ήσω, P. ηκα, amo, diligo. De honesto & inhonesto amore vsurpatur. Xen apomn. 1. ὡς πόρρω ἀγαπᾶσθαι μᾶλλον ἢ τὸν ἐπίρρυτα. Dicitur aliquando ἀγαπᾶ τοῦτο ἀντὶ τοῦτου, vel ἀγαπᾶ τοῦτο πρὸ τοῦτου, prætero hoc illi. Et pro eodem ἀγαπᾶ τοῦτο πρὸ πολλοῦ ἢ τοῦτου. Item ἀγαπᾶ μᾶλλον δέξειν ἢ ἐρέσσειν. Et cum infinit. ἀγαπᾶ τοῦτο ποιεῖν. Aristot. Oecon. 2, ἀγαπᾶσθαι τρόμῳ φέρειν. ¶ Item amicè & hilariter accipio, Od. ψ. Οὔτε κακὸν ἔπος ἐκλύδην, δ' ἐμὲ ἀγάπησε. ¶ Ité osculor, vt ait Eust. ¶ Item ἀγαπᾶν, contentum esse, & pro satis esse, sufficere. Plut. in Public. ἀγαπᾶν τὴν ὁδὸν τέραν πάλιν, secundo cursu contentum esse. Et Thuc. lib. 6. σὺν ἀγαπῶσιν τὸν τῆ παρόντι ἴσυχίᾳ. Et cum dat. Luc. ἀγαπᾶν πῖς παῖδι. Sic ἀγαπᾶ πῖς δεδιηγημένοις, acquiesco arbitrorum sententiæ. In qua signif. ἀγαπᾶ idem est cum ἀρίσκομαι. Et cum infin. ἀγαπήσας λαβεῖν ταῦτα, apud Herodian. Et cum partic. Luc. ἀγαπᾶ σωὰν γυναῖ.

Α'γαπίουσα, ῶσα, amo, diligor. Aristot. Rhet. 1. Nonnunquam de amore venereo: vnde ἀγαπώμενος & ἀγαπωμένη pro, ἐρώμενος & ἐρωμένη, amasius & amasia seu amica. Luc.

Α'γάπησις, ἡ, dilectio. Item res seu persona quæ diligitur. Crates philos. in quodam Epigr. χαῖρε ἀπὸ ἑλαττον' ἀνθρώπων ἀγαπῶν ἀγάπησις. (toria.

Α'γάπησις, ἡ, pro ἀγάπη. Plut. ἀγάπησις ἐρωτικὴ, q. d. dilectio amatoria.

Α'γαπητὸς, ὴ, ὸν, idem cum ἀγάπητος. Suid.

Α'γαπητὸς, ὴ, ὸν, dilectus, charus, vel amabilis, gratus, iucundus. Arist. Eth. lib. 9. cap. 12. πῶς ἐρῶσι καὶ πῶς ἀγαπητὰ ἐνίοις. ¶ Exp. & vnicus: vt Χ. ν. πῶς ἀγαπητὸς, & πῶς ἐν ἀγαπητῇ. Et Homer. ἀλλ' ἀγαπητὸς γὰρ, cũ in fin. boni consuluerit. Aristot. Eth. lib. 9. cap. 10. ἀγαπητὸν ἢ φίλως ἀδέλφος ἀδελφὸν, i. bene nobitcum agi putandum est, si vel paucos nueniamus amicos.

Α'γαπητῶς, gratè, amabiliter. Plat. interdum cupidè & libenter. Dem. item satis, sufficienter. Herodian. ἐξὸν ἀγαπητῶς ἔχειν ἑκάστοις τὰ αὑτῶν, oportet vnumquemq; suis contentum esse.

Α'γαπῆνος, vim diligendi habens. Hesych.

Α'γάπητος, ὁ, ἡ, amandus. Plat. de Rep. lib. 2.

Α'γαπητὸν, subaud. ἐστὶ. interdum dicitur pro, acquiescendũ est, contentum esse oportet.

Α'γάπη, ἡ, amor, dilectio, charitas. Plut. Item ἀγάπαι, communia Christianorum conuiuia, sic vocata quòd retinendæ mutuæ charitatis caussa essent instituta. Iud. epist. vide Tertul. ¶ Ité ἀγάπη, pro φιλήματι. Eustath.

Α'γαπίζω, apud poëtas pro, ἀγαπᾶω, amo. Musæus, ἀγαπίζε μειλίχοισι ἔπεσσιν ἑοῖσιν. Ité comiter & blandè atq; hilariter aliquẽ excipio, beneuolentiæ signa alicui exhibeo, amplector seu amplexor. Od. π, Ω'ς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἀγαπάζει. ¶ Eurip. in Hœn vtr fauit pro procurare, ἐπιμελείας ἀξίων. νίκων τὶ παῖδος ἀγαπίζων ἐμῷ, & c. cadauer condens seu procurans, exequias præbens.

Α'γαπάζομαι, idem cum ἀγαπάζω, Od. χ.

Composita.

Α'μφαγαπάω, deamo, valde amo, charissimũ habeo. poeticum

Α'μφαγαπάζω, idẽ. Α'μφαγαπάζομαι, voce media, pro eodẽ.

Πεμαγαπάω, valde amo.

Υ'περαγαπάω, idem quod ἀμφαγαπάω. Herodian. li. 1. ὑπερηγάπα δὲ αὐτὸ ὁ Κόμμοδος. vtitur & Dem.

Α'ΓΑΡΙΚΟ'Ν, ὸ, ἡ, agaricum: radicis seu potiùs fungi arboris nomen apud medicos: de qua Dioscor. initio libri 3. & Plin. l. 52. cap. 9. Est & ἀγαρικὸν μέλαν, lethalem vim habens: de quo rursum Dioscor. in præfatione libri 6.

Α'ΓΑΣΥΛΛΙ'Σ, frutex vnà cum radice, vnde Ammoniacum humorem eliciunt, vt tradit Dioscor. lib. 3. cap. 98.

Α'γαιὸς, &c. vide in Α'γκω.

Α'ΓΑ'Ω, γῶ, Γ. ήσω, P. ηκα, (quod magis est in vsu) Α'γάομαι, ῶμαι. demiror, cum stupore miror, stupeo. Od. π, Οἷόν τι θαυμάζεις ἀθέσφατον, ὦ ἀγάασθε. ¶ Item pro inuideo vel μεμφομαι, teste Eustath. Od. ξ, Οἵ τε θεοῖς ἀγάασθε πεφ' ἀνθρώποισι δύεσθαι. ¶ Idẽ Eust. ann. significare etiam odisse, apud Hom.

Α'γη, ἡ, admiratio, stupor, obstupefactio. Od. γ. ὦγε μ' ἐχεῖ. Sic & Od. π. Apud Tragicos, honor, veneratio. Hesych.

Α'γητὸς, ὴ, ὸν, admirabilis. item inuidiosus. Suid. Hesy. Etym.

Α'γητὸς, ὴ, ὸν, admirabilis, stupore excitans. Il. ε. ἐπεὶ ὃ ἀγητὸς ἔστ. Et Plut. in Pericle, ἀξιόμενον ἦσαν ἀγητοί.

Α'γωνὶς, ίδος, ὁ, (Aeolice pro ἄγασς, i. γάω. secundum alios tamen a γεύω) admirabilis, præclarus, illustris, Hesy. Item venerandus. στερεὸς, Eust. Il. γ. κήρυκες ἀγωνοί. ¶ Ponitur pro superbo & arrogante, apud Hom. ἀγωνοὶ μενεπῆες.

Α'γώμενος, admiror. Opp. Hall. 4. Εἶδες ἀγωνόφρονα πολυήρατον Α'γωνῆς, vide in Γωῆς. (ge.

Α'γεύω, pro ϝωμράζω, admiror, inquit Eust. Idẽ alibi exp. ἐκπλήττω, obstupefacio, vel perterrefacio. ¶ Item exp. alibi & μεμφομαι, succenseo, indignor.

Α'γάμενος, vt statius cũ quàm ἀγάω, & significat etiam, admiror, inquit Etym. Od. υ. ἀγαυοῦσιν κακὰ ἔργα, exp. χαλεπαίνοντ', alij μεμφομένους. ¶ Idem succenseo, indignor, vel inuideo. Cum dat. Hesiod. in Erg. Τῷ δὲ Ζεὺς ὠτὸς ἀγάσθη. vbi tamen exponitur etiam μεμφόμενος. item ἐργάζεται. Et cũ accus. Plut. ἐδὲ ἀγάσμιον ϑεῶν ἔργα, neque deorum operibus inuideo. ¶ Item inuideor, φθονοῦμαι, Suid.

Α'γάμαι, idem in prosa quod in carmine ἀγάομαι, vel ἀγάσμιον admiror. Construitur cum accus. vel rei vel personæ. Dicitur enim ἄγαμαί σε τὸ φρόνημα, & ἄγαμαί σε ϕρονήματος, (tubaudito aduerbio εὖ καὶ) i. admiror tuam prudentiam, vel admiror te ob tuam prudentiam. Et cum genit. Plut. ἀγάμεθα τῆς παρεύσας. Sic & Dem. pro cor. Τὸ ϑῆ δεῖν αὐ ἀγάσασθε τὸν ἀνδρῶν ὁκείνων ἢ ἀρετῆς. Vide & ἀγάζομαι infrà. ¶ Item laudo, probo, Plat. ἄγαμαί σε τὸν λόγον. ¶ Afferuntur & aliæ significationes pro, indignor, inuideo, reprehendo: quæ pertinẽt potiùs ad ἀγάζομαι, ex quo sumit hoc verbũ sua tẽpora.

Α'γαμβῶν, mirabiliter, mirificè, cum admiratione: vt ἀγαμβῶν λέγειν. Aristor. Rhet. 3.

Α'γάσμιον, poëtico pleonasmo dicitur, pro ἄγασμα. Od. π. Οὐτί τι ϑωμάζειν ϑέσπιόν ἐστιν, ἀντ' ἀγάασθε.

Α'γάζομαι, eiusdem cum præcedentib. significationis & originis à quo hæc tempora frequentia sunt apud poëtas (quædam & apud oratores) præt. imperf. ἠγαζόμην. fut. ἀσόμην. aor. 1. ἠγασάμην. aor. med. ἐγασσάμην. Et part. ἀγασσάμενος. ἀγασσάμενοι, & ποëticè ἀγασσάμενος. Significat igitur admiror, tuspicio, Variè construitur. Cum accus. rei. Il. ϑ. Μὴ ϑῆ ἀγασσάμενοι. Sic Isoc. in Paneg ἀγασθῆναι τὸν ἀρετὸν αὐτῶν. Et cum aut. rei, Xen. Pæd. 6. ἀγασθεὶς τὴν λόγοις. Iungitur & personæ cũ accus. vel genitiuo: Xen. ἀγασεῖσθε αὐτῶ ϗ ἐπιμελεῖς φίλος αὐτῶ εἶναι. Vel dat. Xen. apud Suid. ὅταν τινὶ ἀγασθῶ ἢ φιλῶ ἢ σπουδάζω μᾶλλον ἢ πρὸς ἐκεῖνον, inquit. Vel accus. idq; Frequentissime. Il. γ. ἦ οὐ δ' ὁ γέρων ὀμὸν σεῖο, φίλον τε νόον. Sic Xen. Pæd. 7. ἀγασθεὶς τὸ γνωσιμον. Interdũ iungitur casibus rei & personæ simul. Xen. ἠγάσθην αὐτῶ ἢ σπουδῆς. vel ἀγάσθην τῶν ἀγαθῶν ἕνεκα αὐτῶ. ¶ Item vereor. Anth. epig. li. 1. οὐ ϑῆν χρυσωμὶς νηῦ, Ω'ς ϑῆμις ἡ τὰλμων Γλαῦκ' ἠγασάμεν. ¶ Item indignor, succenseo. Il. γ, ἕνεκα τοσσήδων ἀγασσάμεθ' Η'μῖν. Et cum acc. Od. ϑ. ἀμοιβὸν ἀγασσάμενοι κακὰ ἔεργα, vbi volunt quidam subaudiri ϗ. ¶ Item inuideo. Il. ψ. ἀγασσάμενοι ϑεοὶ ἐστὲ νίκησε. Et cum accus. rei. Od. δ. Ἀλλὰ τὸ μὲν ϑῆ τι μέλλει ἀγάσσεσθαι ϑεὸν αὐτῆς. Vide & ἀγάομαι. suprà. (ftath:

Α'γασμὸς, ὁ, veneratio, vel qđ veneramur. Suid. Hesyc. Eu-

Α'γασὸς, ή, όν, admirabilis, admiratione summa dignus. Xen. Hell. 2. οὐείνο ϑ' κρίνω ϑ' αὐτῆς ἀγασὸν. Apud Hom. εἰδ' ὅμα-

σὸν, vel ἐκπληκτικὸν, i. stuporem afferens: vel ἐπίφθονον, inuidiosum Eustath.
Ἄγαθις, Ἀγάλλω, Ἄγος, quomodo huc pertineant, vide suis lo-(cis.

Composita ex Ἄγαμαι & ἀγαστός.

Ἀξιάγαστος, admiratione dignus, admirabilis. Syn.
Ἐξάγαστος, admirandus, Hesych.
Ἐπάγαμαι, admiror ob.
Ὑπεράγαμαι, demiror, vehementer & supra modũ miror. Suid.

Ἀγγεῖον, &c. vide in Ἄγγος.

ἌΓΓΑΡΟΙ, οἱ, Persico vocabulo, a Græcis tamen postea recepto, dicebantur regum nuntij seu tabellarij: tabellarij qui ex successione literas perferunt. Solebant enim reges Persarum certis stationibus dispositos habere tabellarios & nuntios, quorum alter alteri traderet mandata, vt ita celerius perferretur. Aeschylus ἄγγαρον πῦρ, adiectiuè dixit pro ignibus, quibus aliquid nuntiatur. ¶ Ponitur, ἄγγαρος latiùs etiam pro quouis, qui aliquid baiulat: exponiturq́; ἀχθοφόρος, ἐργάτης, ὑπηρέτης. ¶ Neutro autem genere ἄγγαρα dicuntur οἱ σταθμοὶ, hoc est, mansiones ac diuersoria in quæ οἱ ἄγγαροι peracto diei penso diuertebant.
Ἀγγαροφορέω, ῶ, baiulo veluti ἄγγαρος. Suid. Eust.
Ἄγγερος, idem cum ἄγγαρος.
Ἀγγαρεύω, cogo seu adigo ad ministerium ἀγγάρων præstãdum. Interpres Matt. cap. 5. annotat ἀγγαρεύειν esse cogere ad currendum, vel ferẽdum aliquid: quoniam cursoribus illis Persarum, quos ἀγγάρους vocabant, fas erat cuiusuis equos vel naues, aut ipsos etiam homines rapere ad cursum, vt hodie apud Turcas. Idem Matth. cap. 27. simpliciter accepit *pro*, cogo, adigo, compello.
Ἀγγαρευτής, οῦ ὁ, qui aliquid angariat & cogit ad cursum aut aliquod aliud seruitium obeundum. Hesych.
Ἀγγαρεία ἡ, dicitur officij illius præstatio. hoc est: quum quis ad currendum vel baiulandũ aliquid adigitur. Et coacta ac inuita seruitus, & seruitium quod aliquis vi adactus obit. Legitur in Pand.
Ἀγγαρεῖον τὸ, dicitur ipse cursus angarorum, pro quo Ionicè dicitur ἀγγαρήϊον. Herodot. lib. 8

ἈΓΓΕ΄ΛΛΩ, λῶ, P κα, nuntio, nũtium affero. Dicitur ἀγγέλλω σοι τόδε, hoc tibi nuntio, Hom. & Thuc. Et apud Plut. in Paral. ἀγγέλλειν ἐς τὴν πόλιν νίκην. Participiũ ἀγγέλλων, nũcians, qui nunciat. Ponitur interdum pro ἄγγελος. Herod.
Ἀλέγω fit ἀλλέγω & καθ' ὑπερβιβασμὸν ἀγγέλλω, mutato λ in γ, inquit Etym. Eustathio autẽ ἄγγελος videtur ab ἄγω deduci.
πρὸ & ἀποπρόθεν, procul, eminus. Exponitur & seorsum à, vel absque, apud Nonn. Ἐπιπρὸ, apud Apoll. Arg. 1. schol. ait esse εἰς τοὔμπροσθεν, siue διόλου. Exponitur & longo tractu. Διαπρὸ seu διαπρὸ penitus, Il. ο, διαπρὸ δὲ χαλκὸν ἔλυσασε; ita vt vltra iecerit. Διαπρὸ vel [illegible] accipitur pro πρόσω, summè, eximiè, supra modum: vt Il. λ, πρὸ πρὸ γὰρ ἐγχείη τῷ[illegible]. exponitur etiam, valde, vehementer.

πρόσθεν, & poeticè πρόσθε, ante, coràm, in conspectu: vt Iliad. υ, [illegible]. Et Il. φ, Οἱ κεν πρόσθε φίλων τοκέων ἀλόχων τε & [illegible] εἰρυσσάμεθα, coram parentibus & vxoribus ac liberis. Alii tamen hic exp. ὑπὲρ. Apud Plat. πρόσθεν ποιεῖσθαι exp. obtendere, prætendere, opponere. Interdum comparationi adhibetur: vt apud Eurip. in Hec. [illegible] πρόσθεν [illegible]. Et apud Plut. πρόσθεν γεγονότα τῶν πολιτῶν, qui præstiti cæteris ciuibus. Itē πρόσθεν, anterius, ab anteriore parte, vel in anteriore parte: cui oppon. ὄπιθεν, vt Il. ψ, πρόσθε λέων ὄπιθεν δὲ δράκων μέσση δὲ χίμαιρα. Et Il. ψ, πρόσθε μὲν ἱππῆες, μετὰ δ' [illegible] πεζῶν. Item vltra, vlterius, vt apud Aristoph [illegible] πρόσθεν, procedite vlterius. Apud eundem, εἰς τὸ πρόσθεν, vltra pergit. Plat. de leg. εἰς τὸ πρόσθεν προϊέναι τῶν νόμων, vlterius inferendis legibus progredi. Sic & ἡ πρόσθεν ὁδὸς, vlterior via. ¶ Dicitur & de tempore, antea, seu antehac, prius, Il. ψ. πρόσθεν [illegible] ἐρέξας. Xen. pæd. 4. μείζους φαίνεσθαι [illegible] ἢ πρόσθεν ἰδεῖν. Frequenter cum articulo, vt ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, tempore anteacto, præterito tempore. Sic οἱ πρόσθεν, qui tempore præterito fuerunt, prisci, antiqui. Et ὁ πρόσθεν, pristinus. Apud Plat. τῇ πρόσθεν, sub. ἡμέρᾳ, præcedenne die, i. pridie. Interdum πρόσθεν ἢ, prius quam, antequam: Soph. & Xenoph.

πρόσθιος, anterior. vt πρόσθιοι πόδες. Xen. & Aristot. Et πρόσθια τραύματα, anteriore parte accepta vulnera, seu aduersa. Epig.

Composita: Ἔμπροσθεν, idem quod πρόσθεν, ante, coram, in conspectu. Aristoteles, εἰς τὸ ἔμπροσθεν ῥίπτεῖ, ante se proiicit. Item ante, cui opp. post seu ponè: vt ἔμπροσθεν ἐκείνων πίπτειν, Plat. & [illegible] ἔμπροσθεν. apud Xen. pæd. l. 4. Sic ἔμπροσθεν ποιεῖσθαι, obtendere: apud eundem. Item anterius, ab anteriore vel in anteriore parte. Cum genit. vt ἔμπροσθεν τοῦ πλοίου, in anteriore parte nauigii. Sic εἰς τὸ ἔμπροσθεν, vel (per synæresin seu crasin) εἰς τοὔμπροσθεν, in anteriorem partem, in anteriora. interdum sign. vlterius, vnde εἰς τοὔμπροσθεν προϊέναι, apud Plat. ¶ Dicitur & de tempore: vt ὀλίγον ἔμπροσθεν, paulò antè. Plat. Plut. de Pythiæ orac. πάλιν ἔμπροσθεν ὀλίγω χρόνῳ. Et cum gen. apud eundem in Pericle, ὀνομάζεται πολλοῖς ἔμπροσθεν ἡλικίας τοῦ περὶ σκώμμα πολέμου. Ἐμπρόσθιος, anterior: vt τὰ ἐμπρόσθια τῆς κεφαλῆς, anterior pars capitis, Alex. Aphr. Τὸ ἐμπρόσθιον, est quædam pars currus. Poll.

Ἐπίπροσθεν, idem quod ἔμπροσθεν, ante: vt ἐπίπροσθεν ποιοῦμαι, apud Xen. Et cum genit. τὰ ἐπίπροσθεν αὐτῶν, quæ sunt ante ipsi. Plat. Apud eundem de leg. ἐπίπροσθεν ποιοῦμαι, exp. antefero; antepono. pluris facio Sic & apud Paus. in Messen. κέρδη [illegible] ἐπίπροσθεν ἢ πίστις εἶναι ποιούμενος, lucra iniqua potiora habens quàm fidelitatem. Ἐπιπροσθέω, ῶ, officio luminibus, obtenebro, obumbro: ἐπιπροσθοῦν ὄρος, mons vrbem occultans: apud Greg. Item metaph. apud eundem, οἷα ὁ ζόφος [illegible] ἐπιπροσθοῦν πρὸς τὴν τοῦ αὐλύτου κατανόησιν, lumen adimit, obumbrat. Item interiectus sum, vt apud Themist. οὐ τὰ μέσα ἐπιπροσθεῖ τῆς ἄκρας. Ἐπιπρόσθησις, ἡ, obumbratio, obtentus. Themist.

Πρόσω, & poet. πρόσσω, ante se, in anteriorē partem: cui oppon. ὀπίσω, retrorsum: Il. γ, ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω λεύσσει. Xen. πρόσω [illegible]. Aristot. de mundo, πρόσω τε καὶ ὀπίσω διεξέρπων, & ante se & retro: seu vltro citroque. Apud eundem ibidem. [illegible] πρόσω κατ' εὐθεῖαν, rectà antè se flant. Interdum cum genit. vt Plut in lib. an seni capess. resp. ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω τῶν πραγμάτων ὁρῶντα, cernentem rerum omnium frontem & occiput. Sic apud Thuc. ὡς πρόσω ἦν τῆς νυκτός. Significat etiam, longè ante, procul: vt apud Herodot. Αἰγύπτου δὲ πρόσω, non procul ab Aegypto. Et Xen. πρόσω μὴ πρόσω ὑμῶν εἶναι. Sic [illegible], procul abscedo, apud eundem. Apud Philostr. in heroic. πρόσω σοφίας, supra sapientiam. Item τὸ πρόσω, quod ante pedes est, quod ante nos. Luc. de cal.

προσωτέρω, longius ante, vlterius, vt προσωτέρω διώκειν, apud Plat. Et προσωτέρω αὐτῶν, longius ante ipsos, seu vltra ipsos. Superl. προσωτάτω, longissimè ante, seu longissimè. Plut. in Themist. προσωτάτω τῆς Ἑλλάδος, longissimè à Græcia.

προσώτερος, qui longius ante est, longius prouectus seu progressus. προσώτατος, qui longissimè ante est, longissimè prouectus, seu progressus. Soph. in Aiace. προσωτάτω, idem cum [illegible] & πορρωτάτω, longissimè.

πρόσωθεν, è longinquo. Soph. in Aiace.

πόρρω, idem cum πρόσω, (ex quo & factum est metathesi literarum & versione, teste Eustathio) ante se, in anteriorem partem: vel longè ante se, Aristoph. παρατέταται μακρὰ πόρρω [illegible]. Plato πόρρω προβεβηκότα τῆς ἁμαρτίας, longè in errore progressum. Interdum exp. longè, procul. Demosth. pro cor. οὕτω [illegible] πόρρω προάγων τὸ πρᾶγμα, vsq; adeò longè rem proue-

xêre. Et cum genit. apud eundem. πόρρω τῆς πόλεως, procul ab vrbe. Idem, ἵνα μὴ πόρρω τοῦ παρόντος γένωμαι, ne longius à proposito digrediar. Item ὁ πόρρω, longè seu procul à nobis dissitus. Et εἰς τὸ πόρρω, ad id quod longè abest. ¶ πόρρω, aliquando cum genit. exp. supra, vltra: vt πόρρω τοῦ ἀποχρῶντος supra modum, vltra quàm sit satis. Compar. πορρωτέρω, longius, magis procul. Plut. Superl. πορρωτάτω, longissimè, maximè procul. Lucian.

πορρώτερος, longiùs dissitus, magis procul remotus. πορρώτατος longissimè distans, maximè procul dissitus.

πορρώτερος, longius. idem cum πορρωτέρω. Πορρώτατα, longissimè, idem cum πορρωτάτω. Arist.

πόρρωθεν, è longinquo, eminus. interdum exp. procul. Luc. de calumn. Plut. sympos. 1. Οὐ πόρρωθεν, non multò antè, à non multis annis.

πόρσω, idem cum πόρρωθεν, & eiusdem originis, longè antè seu longè, procul. Arat. οἱ δ' ἐπὶ πόρσω κλύζονται. Πορσώτερος, longius distans. πορσώτατος, longissimè dissitus. πόρσιον, vlterius. Pind. in Olymp μὴ πάμπαν πόρσιον.

πρὸ τοῦ, ante, antea, ante hac. Aristoph. in Nub. Οἱ δ' ἱκέται ῥέγκουσιν, ἀλλ' οὐκ ἂν πρὸ τοῦ. Thuc. l. 2. καὶ πεμφθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἀπὸ καὶ πρὸ τοῦ, i. ἐν ἐμοῖ. sæpe cum articulo: vt ὁ πρὸ τοῦ χρόνος, tempus superius. Et Dem. ὁ πρὸ τοῦ πόλεμος, superius bellum. Et οἱ πρὸ τοῦ φίλοι, superioris temporis amici, apud eundem.

προτέρω, idem cum προσωτέρω seu πορρωτέρω, aut προσωτέρω: longius ante se, vlterius Od. ξ, [illegible] προτέρω. Et προτέρω διώκει, Il. ε. Item cum genit. προτέρω καιροῦ, vltra tempus, seu vltra modum, Apoll. Arg. 1. τὸ μὲν οὐ προτέρω μυθήσομαι, vltra hæc minimè verba faciam.

προτέρωσε, idem cum προτέρω, seu εἰς τοὔμπροσθεν. Apoll. Arg. 1. προτέρωσε δόμων ἐξῆρτο νεὼς.

Ἐπιπροτέρωσε, (comp.) vlterius. Idem Arg. 2.

πρότερος, ου ὁ, prior. Il. χ. Τὸν πρότερος προσέειπε Ἕκτωρ. Apud eundem Hom. Il. φ, ψ, & alibi πρότεροι ἄνδρες, siue ἄνθρωποι dicuntur superioris ætatis homines. Sic apud Thuc. l. 6. ἐν τῷ προτέρῳ χρόνῳ, superiori tempore. Aristot. polit. 5. c. 12. τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς μεταβολῆς, pridie mutationis: pro quo & absolutè dicitur προτέρᾳ, apud eundem.

πρότερον, (aduerb.) priùs, antea, interdum & superiore tempore. Dem. Phil. 1. νῦν οὐ πρότερον. Thuc. l. 2. ὡς οὔ πω πρότερον, vt nunquam antea. Item præcedente datiuo ἐνιαυτῷ aut ἡμέραις. Dem. Phil. 3. ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἁλώσεως, vno anno antequam caperetur. Plat. epist. 3. σχεδὸν ἡμέραις πρότερον εἴκοσι τῆς ἐμῆς ἐκ Συρακουσῶν οἴκαδ' ἀποδημίας, viginti fermè diebus antè quàm Syracusis domum redirem. πρότερον ἢ, prius quàm, antequàm. Et οἱ πρότερον, qui superioribus temporibus fuerunt.

προτέρως, priore modo. ¶ Exponitur etiam anterius. προτεραίτερος, prior. Aristoph.

προτεραῖος, ὁ, (adiect. ex προτέρα.) pridie. vt προτεραῖος ἦλθε, pridie venit. Et τῇ προτεραίᾳ, pro τῇ προτεραίᾳ ἡμέρᾳ. Dem. & Lys.

προτερικὸς, ὁ, prior: vt προτερικὴ συκῆ, ficus quæ prius fructum suum quàm aliæ maturat, præcox seu festina ficus. Athen. l. 3.

προτερεύω, prior sum. Item prior sum dignitate, priores partes obtineo. Greg.

προτερίζω, idem. Exponitur etiam, priores partes ambio, seu cupio esse prior.

προτερέω, ῶ, itidem prior sum: vt προτερεῖ Λυσίας ὁ Ἰσοκράτης. Plantæ etiam προτερεῖν dicuntur, quæ priores fructum suum reddunt. Theophr. de caus. pl. l. 3. c. vlt. τὰ τελμωτιαῖα σπαρέντα πρώϊα, προτερεῖ καιρόν. Et cum datiuo apud eundem προτεροῦσι τῇ βλαστήσει, præueniunt terminatione. ¶ Item primas partes obtineo, victor euasi, superior sum seu vinco. Polyb. lib. 3. ἐπροτέρει καὶ τὴν πρώτην συμπλοκήν.

προτέρημα, τὸ, priores partes: aut, maior seu potior rei alicuius gerendæ commoditas. Item res bene gestæ, victorias. Polyb. lib. 3.

Καταπροτερέω, (comp.) primas partes eripio, deuinco. Καταπροτεροῦμαι, priores partes deuictus amitto. Polyb. l. 1.

πρῶτος (& Doricè πρᾶτος, apud Theocr.) ου, ὁ, primus. Od. λ, Αἰὰ πρῶτος ἔβαζε, Il. ε, Ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον ἐξενάριξεν. Demost. pro cor. οὐδαμῶς σὺ φανήσῃ γεγονὼς οὐ πρῶτος, οὐ δεύτερος. &c. Et cum genit. vt τὰ πρῶτα τῶν ὀνομάτων, apud Plat. in Cratylo. Apud Ioan. c. 1. πρῶτός μου, exp. prior, i. præstantior. τὴν πρώτην interdum sine substant. exp. à principio. Gal. ad Glauc. & Aristot. polit. 7. Dicitur & ἀπὸ πρώτης, à principio: apud Thuc. ¶ Item πρῶτος, primus, i. primarius, primum locum obtinens. Plut. simpl. l. 2. οὐ τοὺς τυχόντας ἀλλὰ τοὺς πρώτους ἄνδρας: Sic & πρῶται πόλεις, primariæ ciuitates apud Thuc. l. 2. Τὸ πρῶτον, quod præcipuum & primarium est. Et τὰ πρῶτα, primæ partes. Item τὰ πρῶτα esse dicitur, qui princeps est, & in honore habitus. Luc. in Tim. & Greg.

πρῶτον, (aduerb.) primùm, primò, primo loco, ante omnia Od. ι, Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; Aristot. πρῶτον δὲ διὰ τί γίνεται, &c. Dicitur & τὰ πρῶτα, pro eodem a-

πρώ-

apud Dem. Olynth. 1. τὸ πρῶτον Ἀμφίπολιν λαβεῖν, quod etiam coniunctim scribitur τοπρῶτον. ¶ Item prius, pro πρότερον. Alex. Aphr. in probl. ἡ πληγὴ πρῶτον τῆς ἀρχῆς τὴν βροντὴν ἀποτελεῖ.

πρῶτα, primùm. Il. β. Αὐέρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν. Aristoph. καὶ πρῶτα μὲν δὴ τῆς κεφαλῆς ἐφήψατο. Et cum genitiuo, Od. ρ. & υ. Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν, primùm inter deos. Aduerbialiter etiam dicitur τὰ πρῶτα, apud Luc. de conscrib. hist. & Il. α.

πρώτως, primò, primariè, i. per se & sua natura, non per accidens. Plut. de primo frig. ἔοικε τὸ ὕδωρ ἐξ αὐτοῦ ψυχρὸν εἶναι καὶ πρώτως. Aristot. ethic. l. 8. ἔστι γὰρ μὲν δικαίοις τὸ κατ᾽ ἀξίαν πρώτως, primo loco. Sic & alibi apud eundem.

πρωτεύω, primas partes teneo, principatum obtineo, in primo, i. summo honore habeor. Interdum absolutè. Herodian. lib. 8. ἀπὸ τῶν πρωτευόντων παρ᾽ αὐτοῖς ἀνδρῶν. Et Isocr. ad Philipp. ἐφάμιλλον τὴν αὑτοῦ δόξαν καταστήσῃς τοῖς πρωτεύουσι. Interdum cum genit. vt πρωτεύει τῆς Ἑλλάδος, Græciæ tenet principatum. Plut. in apopht. Et cum genit. pers. & dat. rei. πρωτεύει ἀρετῇ τῶν πολιτῶν, virtutis inter ciues primas obtinet, apud eundem in Solon. Cum dat. tantùm: vt πρωτεύει σοφίᾳ, principem locum in sapientia obtinet. Interdum cum præpos. ἐν, καὶ, vel περί. Plut. de lib. educ. πρωτεύει ἐν πᾶσι. Apud eundem in Lyc. πρωτεύει κατὰ δόξαν, gloriæ palmam obtinet. Æsch. πρωτεύειν πονηρίᾳ, in malitia principem esse.

πρωτεῖον, τό, primatus, primæ partes, principatus: vnde τὸ πρωτεῖον ἔχειν, primas tenere, apud Demosth. Philipp. 4. Et τὰ πρωτεῖα φέρεσθαι, & τῶν πρωτείων τυγχάνειν eadem sign. Τὸ πρωτεῖον φέρεσθαι, exp. præstantissimum esse, aut præstantiorem, & τὸ πρωτεῖον ἐκφέρεσθαι τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων maximè insignem esse victorijs.

πρώτιστος, primus Il. β. πρώτιστα, idem quod πρῶτα. Hesiod. in Erg. & in Theog. Et πρώτιστον, idem quod πρῶτον. Od. χ.

Composita ex πρῶτος.

Δευτερόπρωτον σάββατον, sabbathum secundo primum seu altero primum. Luc. c. 6.

Δεκάπρωτοι, decem primi. Δεκαπρωτεία, decem primatus.

Εἰκοσάπρωτοι, viginti primi. Εἰκοσαπρωτεία, viginti primatus.

Πάμπρωτος, omnium primus. Il. ι. πάμπρωτον & πάμπρωτα, in primis, potissimùm.

Πεντάπρωτοι, quinque prim. Πενταπρωτεία, quinque primatus.

Φιλόπρωτος, amans primarum partium, cupiens esse primus, in Geopon.

φιλοπρωτεύω, primatum obtinere cupio, primatum ambio. Ioan. ep. 2.

ΠΡΌΒΑΤΟΝ, ου, τό, pecus. Sic dictum παρὰ τὸ προβαίνειν διὰ ποδῶν, quod priores gradus alij sequantur, teste Eust. & Etym. De equis vsurpatur apud Pind. quùm præsepe equorum Diomedis vocat προβάτων τράπεζαν, teste Aristophan. Gram. apud Eustath. De omni vero pecudum genere πρόβατα intellexisse Hippocr. in lib. de artic. testatur Galen. ¶ Peculiariter & κατ᾽ ἐξοχὴν ouem significat. Theophyl. ep. 2. ὁ πτέλαρχος τῶν προβάτων ὁ θαυμαστός μοι κριὸς ἀπόλωλε. Sic & apud Luc. & passim apud alios.

προβάτιον, ου, τό, ouicula. Aristoph. in Plut. Et generaliter, pecus. Hippocr. in l. de sacro morbo.

προβατικός, ad oues seu pecudes pertinens: vt προβατικὴ κολυμβήθρα, pecuaria piscina, ex qua potare & in qua mersari pecudes solebant. Ioan. 5.

προβάτειος, ου, ὁ, ouillus. Aristot. hist. an. l. 3.

προβατώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, oues imitans. Exponitur & εὐήθης, itē μωρός.

προβατεύς, ouium pastor, opilio. Aristoph. gram. προβατευτής, idem Poll.

προβατεία, ἡ, pecuaria, vel res pecuaria. Plut. in Sol.

προβατευτικός, ὁ, pecuarius: προβατευτικὴ τέχνη, pecuaria ars Xen. in Oecon.

προβατεύσιμος, ouib. aptus: vt προβατεύσιμος vel προβατευσίμη πόα, ouibus aptum gramen seu vtile: apud Phil.

προβάτημα, τό, idem quod πρόβατον. Hesych.

πολυπρόβατος, (*comp.*) multas habens oues, diues ouium & pecoris. Poll. 6.

ΠΡΟΗΓΟΡΕΩ'Ν, gula, guttur. Suidas propriè ita vocari scribit locum in auibus, in quem cibus sumptus primùm colligitur: dici tamen & de hominibus. (* ἀπὸ τοῦ ἀγείρεσθαι ἢ ἀθροίζεσθαι ἐκεῖ τὴν τροφήν.) Pro eodem dicitur & προηγορεών, Aristoph. in auib. ἵνα δίκας Δειπνῶντε προηγορεῶνας ὑμῖν πίμπλωμαι.

ΠΡΟΙ'Ξ & per synæresim προίξ, κός, ἡ, donum. (* à προΐσσω seu προΐσσομαι, composito ex ἴσσω, & significante, protensa manu nudo: vel ἀπὸ τοῦ προΐκτεσθαι εἰς ἑτέραν χεῖρα: secundum alios.) Odyss. ν. ἀργαλέον γὰρ ἵνα προικὸς χαρίσασθαι. Item peculiariter, dos: id quod pater filiæ dat quum eam elocat. Demosth. in Neer. ὁ νόμος κελεύει, ἐὰν ἀποπέμπῃ γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προῖκα. Plut. in Erot. ποία προικὶ τῶν ἐρασῶν ἐπαίρεσθε; Accusat. προῖκα aduerbialiter etiam vsurpatur, pro, gratis, sine merce-

de: vt προῖκα διδόναι, Aristoph. & προῖκα ἐργάζεσθαι. Plato [illegible] 1. Sic & apud Xen. & Athen.

προικῷος, ου, ὁ, dotalis.

προίκειος, ου, idem: vt προίκεια δῶρα, dotalia munera, seu dona [illegible] galia quæ & προίκεια absolute: apud Theophyl. ep. 71.

προικίδιον, ου, τό, doticula, exigua dos. Plut. in Erot.

προίκιος, ου, ὁ, gratuitus: vt προίκιος χάρις: in Epigr.

Composita.

Ἄπροικος, ὁ καὶ ἡ, dotis expers, indotata: Athen. li. 13.

Ἐκπροικίζω, doto, seu dote data eloco.

Ἐξώπροικα, parapherna bona: in Pand.

Ἐπίπροιξ, quod doti accedit, quod adiicitur doti. Hesych.

Ἐπιπροικος, dotata: quę cū dote locata fuit seu locatur [illegible]

Καταπροίκομαι, quomodo huc pertineat, vide in comp. ex ἴκω.

πρωΐ, πρώϊμος, πρώϊος, vide in πρωΐ.

ΠΡΟ'ΚΑ, statim, continuò, repentè, subitò. Herodot. [illegible] φρίκης αὐτὸν ἐπελθούσης. Exponitur, εὐθύς, παραχρῆμα, à Suida & Gal. apud Hipp.

ΠΡΟ'Ξ, κός, hinnulus, vel species cerui aut damæ. Od. [illegible] νίσκοντ᾽ νέοι αὐδῆς Αἶγας ἐπ᾽ ἀγροτέρας ἠδὲ πρόκας ἠδὲ λαγωούς. Nicand. in Ther. σκίνακος νεαροῖο λαγωοῦ ἢ νεβροῖο.

ΠΡΟ'Σ, (poeticè προτί & ποτί pro variis casibus, quibus iungitur,) varia significat.

Cum genit. à, ab. Il. α. Τιμὴν ἀρνύμενοι πρὸς Τρώων pœnam exposcentes à Troianis. Interdum originem indicat: vt ἐλευθερον εἶναι καὶ πρὸς πατρὸς καὶ πρὸς μητρός, liberū esse & ingenuū a patre & matre, i. à genere paterno & materno: apud Æsch. in Ctesiph. Apud Soph. οἱ πρὸς αἵματος, consanguinei. Apud Hom. πρὸς βορέω & πρὸς νότου, à borea, ab austro, seu (vt quidā exp.) versus boream, versus notum. Sic πρὸς ζεφύρου. Dionys. de situ orb. & πρὸς νυκτός, Hesiod. ¶ Item pro ἐγγύς, propè, iuxta, vt πρὸς ἁλός & πρὸς Θύμβρης, apud Hom. Sic Thuc. l. 2. πρὸς Μεγάρων prope Megara. ¶ Interdum potest exponi, à vel pro: vt πρὸς ἡμῶν ἔσεσθαι, à nobis futurum, vel pro nobis. Sic [illegible] λέγεις, Luc. Interdum tamen πρὸς ἡμῶν ἐστι significat, nos decet, officij nostri est. Aristop. in Vesp. ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστ᾽ ἀνδρὸς εἰς συμπόσιον, istud decet virum qui, &c. Sic & apud Isocr. in Plataico & apud alios. ¶ Ponitur etiam pro ἐκ, ex: vt Od. [illegible] κεῖτο πρὸς ἠοίων ἢ ἑσπερίων ἀνθρώπων. Interdum exp. apud, item erga, item coram: vt Il. α. τὼ δ᾽ αὐτὼ μάρτυροι ἔστων Πρός τε θεῶν μακάρων πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων, &c. Xen. anab. lib. 2. [illegible] πρὸς θεῶν ἀσεβής, μόνος δὲ πρὸς ἀνθρώπων αἰσχρός. Interdum exp. per. Dem. Phil. 3. λογίζεσθε δὴ πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, Xen. in Oecon. πρὸς θεῶν, τί πρῶτον διδάσκειν ἦρχου αὐτήν. ¶ Apud Gal. [illegible] πρὸς κακοῦ γίνεται, hoc mihi nocet. Et πρὸς κακοῦ, incommodum, apud eundem. Sic dicitur & πρὸς καλοῦ εἶναι. ¶ Exponitur etiam, μετά, cum: vt πρὸς δίκης σέβεις. apud Soph. Cum dat. prope, iuxta, ad: vt Thuc. πρὸς τοῖς πολεμίοις. Luc. in Philopseude, πολλοὶ ἔκειντο ὀβολοὶ πρὸς τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, multi iacebant oboli ad pedes eius. Od. σ. ποτὶ γαίῃ κάππεσεν, ad terram allisit. interdū exp. in: vt πρὸς ἱεροῖς εἶναι ὀρχεῖσθαι. Plut. in Lyc. Et πρὸς ταῖς ἀγκάλαις τὰ παιδία κομίζειν, in vlnis gestare, apud eundem. Apud eundē πολὺν χρόνον ἦν πρὸς αὐτῷ σιωπῇ καθήμενος, secum ipse meditabatur. Sic dicitur πρὸς ἑαυτῷ σκοπεῖν vel λογίζεσθαι [illegible] σκέπτεσθαι. Dicitur & εἰμὶ πρὸς τούτῳ, sum deditus huic rei, vel occupatus in hac re, apud Arist. polit. 8. Apud Soph. in Aiac. Ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ, intinxisti ensem in exercitum Græcorum. Item præter, vltra: vt Theophr. [illegible] φύσει καὶ ἔθος. Sic πρὸς τούτοις, insuper, præterea. Luc. in Macrob. ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἐπεβίωσε, septem supra nonaginta annos vixit. Cum accusat, ad, in Od. [illegible] πρὸς Ὄλυμπον, Plat. πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά, in delubris cōmunibus. Dic. πρὸς ἀφροδίσια ἄριστον. Exponitur etiam, per: vt πρὸς ὀργὴν [illegible] iram, πρὸς φθόνον, per inuidiam. ¶ Item apud: vt πρὸς ἑαυτὸν σκεψάμενος, quum apud se cogitasset: Item cum: vt πρὸς βασιλέα γενόμεναι συνθῆκαι, cum rege percussa fœdera. Sic πρὸς ἐμὲ παῖσαι, mecum ludere. ¶ Nonnunquam signif. aduersus, vt [illegible] χεσθαι πρός τινα, seu πολεμεῖν. Plut. Sic oratio aliqua dicitur scripta πρός τινα, aduersus aliquem. Sic apud Diosc. πρὸς [illegible] ἁρμόζειν, auxiliatur contra serpentem percussus. Et πρὸς φάρμακα θανάσιμα ποιεῖ, efficax est contra venena. ¶ Item inter, vt ἡ πρὸς ἡμᾶς φιλία, amicitia quæ inter nos intercedit. ¶ Nonnūquam circa: vt γίνεσθαι πρός τι, occupatum esse circa aliquid seu in aliqua re. ¶ Item propter: vt apud Aristot. πρὸς τὸν ἀκροατήν, propter auditorem, auditoris causa. Sic Thuc. πρὸς τὰς [illegible] λαοὺς ὑπώπτευον αὐτόν. Sic πρὸς ταῦτα, propter hæc, propterea, apud Aristoph. ¶ Item *pro*, prout: vt πρὸς τὸ [illegible] Plut. in Isocr. prout cuique consentaneum est, conueniens. Plut. in Fab. πρὸς ἀρετὴν τὰς τιμὰς νέμει. prout virtus cuiusque meretur. Et πρὸς ἀξίωμα, pro dignitate. Dem. ¶ Adhibetur etiam significandis permutationibus & compensationibus: vt apud Theophr. πωλεῖσθαι δὶς πρὸς ἀργύριον, rependi cum bis tanto argento.

¶ Inseruit etiam comparationi. Plat. ep. 7. τὰ δ᾽ ἄλλα [illegible] εἶναι πρὸς ταῦτά μοι βλάβη. Et πρός τι, apud Aristot. sign. relationem ad aliquid. item πρός τι; ad quid? quamobrem? quorsum? ¶ Aliquando etiam tempori exprimendo adhibetur, & interdum exp. sub. vt πρὸς τὴν γένεσιν sub generationis principium, apud Theophr. interdum exp. in, vt πρὸς τὸ γῆρας, in senectute. ¶ Exponitur interdum per ablatiuum: vt apud Plat. ἀφέστηκε πρὸς καθαρότητα, distat claritate. Et πρὸς ἀλήθειαν, re vera. Sic πρὸς ὀρθὴν seu πρὸς ὀρθάς, s. γραμμὴν, vel γραμμάς, recta linea, aut rectis lineis. ¶ Aliquando per aduerbium exp. vt πρὸς καιρόν, tempestiuè, apud Soph. πρὸς ἀφθονίαν, abundè, πρὸς ἀφοσίωσιν, perfunctoriè. ¶ Per se denique positum, aduerbialiter pro προσέτι vsurpatur apud Plat.

προσαυξάνομαι, vide in πρός.

ΠΡΟΣΦΑΙΟΣ, recēs, idem quod πρόσφατος. Nicand. in Ther. Εἰ δέ γε κύλικας γαλέης ἢ μητέρα λαγιδέων Ἀγρεύσεις προσφαίους. Dicitur ἐκ προσφάτου, pro προσφάτως, recens, subitò, repentè: apud Aristot. ethic. l. 9. c. 5.

προσφάτως, subitò, repentino quodam animi motu. Aristot. ibid.

προσώπηρος, &c. προτί, vide in πρός.

ΠΡΟΥΜΝΗ, ης, ἡ, prunus: arbor gummosam lachrymam fundens, vt ceraſus, teste Theophr. hist. pl. l. 9. c. 1.

πρόχνυ, vide in comp. ex γόνυ.

ΠΡΥΛΕΕΣ, quidam exp. propugnatores. Alij, populi multitudo in vnum congregata. Alij, pedites conferti. (* Eust. παρὰ τὸ πεζοὶ dictos tradit quasi πεζυλέας. Et Hesychius ἀπὸ τῆς πορείας.) (Il. λ. Αὐτοὶ δὲ πρυλέες σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες Ῥώοντ᾽. Pro eodem dicitur & πρύλις, teste Hesych. & Eust. item πρύλις eidem Hesych. est saltatio armata, *hoc est*, quam pedites armati saltant: vt apud Callim. hymno in Iouem. Οὖλα δὲ Κούρητές σε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο.

ΠΡΥΜΝΟ'Σ, ἡ, ὁ, extremus, vltimus. Il. π. Ἔφθη ὀρεξάμενος πρυμνὸν σκέλος, extremam tibiæ partem. Od. ρ. θρῆνυν πρυμνὸν βάλλε ἀμειβόμενος. Dicitur & πρυμνὴ χείρ, extrema manus pars. Et γλῶσσα πρυμνή, extrema pars linguę. Il. ε. Et ναῦς πρυμνή, extrema nauis pars: i. puppis.

πρύμνα, ἡ, idem cum πρυμνὴ ναῦς, extrema nauis pars, puppis. Od. Ἐν πρύμνῃ δ᾽ ἄρ᾽ ἔπειτα καθίζετο, in puppi sedebar. Thucyd. [illegible] ἐπὶ τὴν πρύμναν [illegible] item synecdochicè pro ipsa naui Il. ξ. Τὰς δὲ καὶ πρύμνας καὶ ἀμφ᾽ ἄλλα ἕλωσιν Ἀχαιούς.

πρυμναῖος, ου, ὁ, qui est puppis, ad puppim pertinens: vt πρυμναίοι κόρυμβοι, corymbis puppis: in Epigr.

πρυμνήσιος, idem: vt πρυμνήσια σχοινία siue πείσματα, funes quibus naues ad terram à puppi religantur. Sæpè verò sine adiectione in ea sign. ponitur. vt Il. α. & Od. ο. καὶ δὲ πρυμνήσι᾽ ἔδησαν. Sic apud Athen. l. 15. λυσάμενος δ᾽ αὐτὰς τὰ πρυμνήσια.

πρυμνήτης, ου, ὁ, gubernator in puppi sedens. Et metaph. princeps, apud Aeschyl. Accipitur & adiect. pro πρυμνήσιος, vt πρυμνήτης κάλως. Eurip. in Medea.

πρυμνητικός, idem cum πρυμνήσιος. Athen. l. 15.

πρύμνηθεν, & πρυμνόθεν, à puppi. Luc. in Lexiph. & Arat.

Composita.

Ἀμφίπρυμνον πλοῖον, nauigium vtrinque puppim habens. Hesych. ex Soph. Andromeda.

Δίπρυμνος, duplicem puppim habens. Athen. l. 5.

Εὔπρυμνος, bonam seu pulchram puppim habens. Il. δ.

Πρόπρυμνα, funditus, prorsus: apud Aeschyl.

ΠΡΥ'ΤΑΝΙΣ, εως, ὁ, præfectus, rector, administrator, dispensator. Interdum exp. etiam, custos, tutor. Nazianz. θεὸς ὁ τῆς ἀληθείας πρύτανις. In lib. sap. c. 13. πρυτάνεις κόσμου, mūdi rectores. In repub. Atheniensi πρυτάνεις dicebātur quinquaginta viri, teste Liban. & Harpoc. Thuc. l. 6. καὶ σὺ ὦ πρύτανι ταῦτα ἐπιψήφιζε. Vide & Aristot. polit. l. 6. * Sic dictus quasi πυρόταμις, (vt quidam tradunt) vt sit propriè frumentorum præfectus & dispensator.

πρυτανικός, ἡ, όν, vt πρυτανικὴ ἐσθής, vestis qua vti solet ὁ πρύτανις, Athen. l. 4.

πρυτανεύω, sum πρύτανις, ago πρύτανιν. Sic tribus à Demosth. procor. πρυτανεύειν dicitur, ex qua quinquaginta viri erant πρυτάνεις. Cū accusat. dicitur aliquis εἰρήνην πρυτανεύειν, i. pacem agitare. vt πρύτανις, Isocr. Et Demosth. pro Rhod. ὁ πρυτανεύσας ταῦτα, qui harum rerum trāsactor & summus administer fuit. Exponitur etiam, rego, moderor, administro. Phil. de mūdo, καὶ βασιλεὺς ὢν πρυτανεύειν καὶ διοικεῖν μόνος θέμις τὰ σύμπαντα. ¶ Item suppedito, subministro, procuro. Synes. ἐρῶ [illegible] φιλοσοφίας εὐθυμίαν πρυτανευούσης ἀκύμονα.

πρυτανεύομαι, regor, administror, prospicior: Greg. in primo epitaph. ¶ Item subministror, Philipp. 3.

πρυτανεύς, ὁ, idem quod πρύτανις, Lysias & Harpocr.

Πρυτανεία, & (Ionicè) πρυτανηΐη, ἡ, dignitas seu potestas prytanica, munus vel imperium Prytanicum. Plut. in pol. præcept. πρυτανεῖον, (& Ionicè πρυτανήϊον) locus Athenis in quo ἐπρυτανεύοντο ij qui de repub. bene meriti essent, aut quos ciuitas honore afficere vellet. Plat. Aristot. Thuc. Et pro quauis ampla ac magnifica domo, apud Athen. ¶ πρυτανεῖα, τά, pecunia quam deponebant actor & reus iudicio disceptaturi: vnde apud Aristoph. Θήσω πρυτανεῖα.

Συμπρύτανις, (*decomp.*) dicitur collega eius qui est πρύτανις.

ΠΡΩΙ΄, manè: cui oppon. ὀψέ, vesperi. Il. ο. Πρωῒ δ᾽ ὑπ᾽ ἠοῖοι σὺν τεύχεσι θωρηχθέντε, manè sub auroram. Xen. Hell. 1. ἑκάστης ἡμέρας τὸ πρωῒ καὶ πρὸς ἑσπέραν, matutino & vespertino cuiuslibet diei tempore. ¶ Item tempestiuè, aut prænaturè, ante tempus constitutum: cui oppon. ὀψέ, serò, tardè. Thucyd. l. 3. πρωῒ ἐσβάλλοντες καὶ τοῦ σίτου ἔτι χλωροῦ ὄντος. Et πρωῒ πάνυ, præmaturè seu ante tempus constitutum.

πρώϊος, ου, ὁ, matutinus: vt πρώϊος ὕπνος, in Epigram. πρωΐα, sub. ὥρα, vel κατάστασις, aut ὥρα, tempus matutinum: Matth. 27. Et Ioan. 18. Et πρώϊον, hora matutina. Il. ο. ¶ Item maturus. Theophr. de caus. pl. πρώϊον σπείρουσιν ὄρθρον, maturè serunt. Locus etiam aliquis πρώϊος dicitur cito maturans semen commissum, seu præcox. Et πρώϊα δένδρα, arbores præcoces. Theophr. hist. pl. l. 8. c. 3. & alibi.

Compar. πρωϊαίτερος, maturior, tempestiuior. Poll. Et πρωϊαίτερον, [aduerb.] profundiore diluculo. ¶ Item maturiùs, tempestiuiùs: πρωϊαίτερον γέροντα γίνεσθαι, maturiùs fieri senem.

Superl. πρωϊαίτατος, maximè maturus seu tempestiuus. Et πρωϊαίτατα, [aduerb.] admodum tempestiuè, præmaturè. Plut. symp. 3. πρωϊαίτατα γηρῶσι. Et πρωϊαίτατα τῆς ἡλικίας, ab ineunte ætatula, admodum maturè. ¶ Item summo manè, primo diluculo. Xen. pæd. 8.

πρωϊότης, ητος, ἡ, præcox maturitas. Theoph. de caus. pl.

πρώϊμος, idem quod πρώϊος, maturus, tempestiuus: vt πρώϊμος σπόρος, in Geopon. 2. Et πρώϊμος ὑετός, in ep. Iacobi, c. 5.

πρωϊνός, idem cum πρώϊος, matutinus: cui oppon. ὀψινός, vespertinus. Apoc. cap. 2.

πρωΐθεν, de mane.

πρῴ, pro πρωΐ, Atticè. Aristoph. in auib. Ἐπὶ τὴν θύραν μου πρῴ ἐλθὼν τῶν φίλων. Apud eundem in Vesp. legitur & πρῷ. Et in Concion. πρῴ. [πρῷον φθέγμα

πρῷος, pro πρώϊος, præmaturus. Aristoph. in pace: τὸ γὰρ φίτυ

πρώϊζα, non ita dudum, hodie manè, apud Hom. Il. β. Significat & maturè, vel præmaturè, ante tempus consuetum, apud Theocr. idyll. 18.

πρώϊζον, idem quod πρώϊζα. Suid. Pro eodē dicitur & πρώιζόν.

πρῴην, nuper, non ita pridem. Theocr. idyll. 5. Exponitur &, nudiustertius, apud schol. Hom. *Item* primùm, apud Aphth.

πρωΐ, pro πρωΐ, tempore, maturè.

πρώϊμος & πρώϊος, maturus, tempestiuus: vel præmaturus, statum tempus præueniens. Hesych. Vnde superl. πρωϊαίτατος, omnium primus, maximè maturus. Suid.

πρώϊζα, pro πρώϊζα, nuper, nō ita multo ante tēpore. Hesych.

πρώξ, πρωκός, gutta, stillicidium: Hesych. Propriè de roris gutta dici traditur, ἀπὸ τοῦ πρωῒ πίπτεσθαι. Theocr. idyll. 4. μὴ πρῶκας στάζεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ.

ΠΡΩΚΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, anus, podex, nates. Aristoph. in Nub. καὶ τὸν πρωκτὸν διορύττουσι.

Composita.

Εὐρύπρωκτος, qui lato seu amplo est podice. Aristoph. in Nub.

Λακκόπρωκτος, podicem habens latum & profundum instar λάκκου. Idem ibid.

Λευκόπρωκτος, cui albus est podex, cui candidæ sunt nates. Schol. Aristoph. Sic etiam à Platone comico dicuntur molles & effœminati.

Σαυλοπρωκτιᾶν, ceuere, turpiter mouere podicem. Suid.

Συκόπρωκτος, qui nates habet ficosas. Hesych.

Τηρεπρωκτεῖν, nates inspicere, & quidem propriè adulterorum dum διορύττονται ῥαφανῖδι καὶ τίλλονται. Aristoph. in Equit.

Χυσοχανόπρωκτοι, οἱ, ab Aristophane dicuntur molliculi, quasi natibus fusis & hiantibus.

πρῴων, vide in πρηών. πρωξ, in πρωΐ. πρῷος, in πρωΐ.

ΠΡΩ'ΙΡΑ, ας, ἡ, prora: anterior nauis pars. Plut. in Alcib. παρὰ τὰς πρῴρας τῶν πολεμίων νεῶν. Metaph. pro πρόσωπον accipitur. Viti etiam tribuitur apud Theophr. hist. pl. lib. 2. c. 1. * Alij à προϊέναι deriuant quasi πρόιερα, quamobrem & ι subscribi volunt: alij à προορᾶν, quasi πρόορα, παρὰ τὸ προΐσχειν καὶ προορᾶν τοῦ σκάφους: alij παρὰ τὸ πρώτως εἶναι.

πρῳρεύς, ου, ὁ, proreta, qui in prora nauem regit. Poll.

πρῳρατεύω, proreta sum. Aristoph.

πρῳρεύς, έως, ὁ, idem cum πρῳράτης. Xen. anab. 5. Arist. polit. 5.

πρῳρία, idem cum πρῳρατεία.

πρῴραθεν, è prora. Plut. & Theocr. idyll. 22.

Πρωρήσιος, in prorâ deprimo: sic πρωρήσιος ἀφ' navis dicitur quùm prora ponderum vi deprimitur. Metaphoricè autem ieries qu am caput in anteriorem partem incurvatur. Hesych.

Compositâ.

Ἀνθρωποπρώρηθρον, pro ἀνθρώπειος πρῶρα, hominis facies. Sophr.

Ἀνταπρωρεύω, obuersum in opportunam proram habens: vt ἀνταπρωρεύουσι πόλεμοι. apud Plut. & ἀνταπρωρεύοντες ἐμβολαί, irruptiones quæ fiunt aduersis prorâ, apud eundem in Herode. Item metaphoricè pro ἐναντίως πως. aduersum faciem habens, oppositus. Soph. in Trachin. Τάδ' ἀνταπρωρεύοντα δή σε Βλάπτει πάρεστ' ἐναρής ἦ. At τὰ ἀνταπρωρεύοντα subitant. pars nauis aduersa prora, puppis: apud Thucyd.

Βουπρῳρος, qui bouem in prora habet. Βούπρῳρος θυσία, sacrificium constans ex apro, ariete & tauro, in quo taurus præbat, vt in naui prora. Eust.

Δίπρῳρος, duplicem proram habens. Athen. l. 5.

Ἐμπρῳρος, in proram inclinatus. Polyb. l. 16.

Καλλιπρῳρος, pulchram habens proram: καλλιπρῳρος σκάφος Ἄργους. Eurip. in Med. Item qui pulchra facie est: ut ἐγὼ δ' ἐμαυτὸν καλλιπρῳρον οἶδ' ἐμοί. Eurip. in Med. & Hom. Od. α. & ν. pro quo κυανοπρῳρος apud eundem. Od. γ.

Ὀξύπρῳρος, acutam seu acuminatam proram habens. Hesych.

Προεμβολοπρῳρος, prorâ extensam & promissam habens. Hesychio etiam πολύπρῳρος dicitur τοῦ πολλὰ πρῴρια ἔχοντος: quòd facie obtundantur.

Ὑπόπρῳρος, proram habens depressiorem: vt ὑπόπρῳρος ναῦς apud Plut. in Pericle.

Χαλκοπρῳρος, æream vel æratam habens proram. poll. l. 1.

Χρυσοπρῳρος, auream vel auratam habens proram.

Πρῶτος, &c. vide in Πρό.

ΠΤΑΙΡΩ, F. πτήσω, sternuo, sternuto. Od. ε, Τὴλίκῳ δ' ὑμῖν ἐπέπρωσε.

πτάρμα, ατος, τό, sternutatio, sternutamentum. Gal. lib. 1. ad Glauc.

πτάρμικος, ἡ, ὸν, qui sternutare potest vel solet. Item sternutamenta mouens: cui vis inest mouendi sternutamenta: vt πτάρμικον φάρμακον. ¶ Πτάρμικὸν, substantiuè, genus fit dicti, quòd in cacumine capitulum habeat aeri odore suo sternutamentum excitans, teste Dioscl. l. 2. c. 192.

πταρίσμη idem cum πτάρμα. Aristot. in probl.

Compositâ.

Ἐπιπτέρνυμι, idem. Hesych.

Μελλοπτάρνυς ve μελλόπταρμος, iamiam sternutaturus: apud Aristot. in probl.

ΠΤΑΙΩ, F. πτήσω, impingo, offendo: apud Suid. μὴ προσκόπτειν ἀεὶ τῷ αὐτῷ λίθῳ πταίειν. Herodian l. 5. ὁμοῦ δ' ἐπέπτωκε τῷ ῥεύματι καὶ πταῖσμα. Exponitur etiam titubo, vacillo: vt apud eundem lib. 7. ἐπὶ πταίσμασι τοῖς Μακεδονικοῖς ἀφορμὴ ἦν. Interdum & labor: item collabor, corruo: sequente autem ὑπὸ, labefactor: vt Gaz. ξυμπεσόντος δὲ πολιτῶν ὑπὸ τῶν πταισάντων. Item fallor, frustror: Herodian. l. 8. πταίων τῇ ἐλπίδι.

πτῶμα, τος, τό, offensio, laptus: proprie quum pedes lapidi aut alij offendiculo impingantur. Plut. de sera num. vind. interdum & pedum ex offensione oblasio. poll. l. 2. Metaphoricè pro lapsu & delicto seu errato. Greg. Dion. Longin. Et pro aduersa fortuna: infortunio. Dem. Phil. 4. Herodian. l. 7. Item pro casu: vt πρὸς πτῶμα, apud eundem l. 5.

Compositâ.

Ἀπρεπόπτωτος, ὁ, ἡ, qui credere nequit, immutabilis, constans, certus. (in Fab.

Ἄπτωτος, nõ impingẽs, seu in processu seu in re gerẽda. Xen. Plut.

Ἀπτώτως, sine offensione, ita vt non impingas. Hesych.

Ἀπτωσία, ἡ, non labi, nec impingere. Plato de leg.

Διαπτύω, offendo, vel titubo. Apud Luc. in somn. Ὥσθ' ὅταν πλείονα λόγον ποιήσωμαι βασάνιζεσθαι, exp. quum hæc efficunt ipsi.

Ἐπιπτύω, idem cum πτύω.

Ἐπίπτυσμα, τὸ, offensio, quum impingitur: item quum pes ex offensione iæditur. poll. ex Aristoph.

πτυσπτύω, offendo, impingo. Item labor, erro. Item vacillo.

προπτύω, prior impingo seu labor, prior cladem accipio.

προσπτύω, offendo impingo. Aphrhõ τοῖς ἐκκλίνουσι προσέπτυσαν. Plut. οἱ λόγῳ προσπτύοντες ὀδυπόρῳ. item impingo, i. sermone titubo, vnci. Item offendo, i. imaginationem aut odium alicuius incurro. Plut. in Per. Δεῖ Φειδίᾳ προσπτύσαι τὴ ὑποψίᾳ. Item aduersa fortuna vtor. Herodot προσπτύσας τῇ νουμηνίῃ.

Ἀπρόσπτυστος, (decomp.) inoffensus, à laptu immunis. Hippocr. epist. ad Damag

---

Πτερύσσω, &c. vide in Πτάω. Πτί. vide in Ποτί.

ΠΤΕΛΕΑ, ας, ἡ, vltimus: species arboris aptissima ædificiorum fundamentis, vnde Hesiod. in Erg. Δέφρης δ' ἐκ πτελέης ἐλατὸς ἐύζυγος ἁρμενιαίης. Vide Dosc. l. 1. c. 112. & c. 113.

πτελεώδης, vlmeus, vlmo similis. Hesych.

πτελεός, vlmeus, ex vlmo confectus.

Πτίλεθρος, vide πίλεθρος in Πιλέθρος.

ΠΤΕΡΝΑ, ας, ἡ, calx, calcaneum: pes is omnium mammalium, parte qua ingredimur, leniter retundum & latiusculum, posteriore, tibiæ rectitudinem longè excedens. Ἡ δὲ πτέρνα μικτόπους· πεζὸν πάτημα τίνυται. Ἐς ὀφρῦν ὀκτάπηχυ. Item nauis πτέρνα dicitur ima eius pars. Athen. l. 11. ¶ Et generaliter sic dicitur cuiuslibet rei extremitas, vt & Lat. calx. Maximum extremæ partes πτέρνα vocantur. Hesych. ¶ Metaphoricè pro dolo & fraude capitur, teste Suid. ¶ Et pro vehementia in cant. Solom. c. 1.* Deriuari κατὰ τὸ πατεῖν τῷ ἴχνει, inuadendo. Ita tradit Etym.

πτερνίς, ίδος, ἡ, idem quod πτέρνα, calx, calcaneum. Item fascia & bassis pedis. Poll. l. 2. & Suidas. ex Aet. Dioscor. ¶ Atque dicitur caulis cacti apud Theophr. & Plin.

πτερνίζω, calce peto, contingo, ferio. Item supplanto, decipio: quò Suid. ἐπτέρνικε γάρ με νῦν τελέσαι τάδε.

πτερνισμός, ὁ, supplantatio, deceptio. Hesych.

πτερνιστής, οῦ, ὁ, qui calce impedit & eò celeberat: vel qui alios conuincere & ferire soler.

πτερνιστήρ, ῆρος, idem: vel calcar.

πέρνη ἡ pernâ, pectatio. Athen. l. 14. & Strab. l. 3.

Compositâ.

Ἀποπτερνίζω idem cum πτερνίζω.

προπτερνίδιος, dicuntur esse venæ in calcaneo.

ΠΤΕΡΟΝ, ου, τό, ala: (* per syncopen dictum quasi πτερόϝ a πτερόω. Etym. quòd eius beneficio aues volent. Ἰλιὰς· Τὸν μὲν ἔπειτ' ἐκτῆνε ἰὼν ποτὶ πατρὸς ἑταίρου. Aristot. hist. an. l. 5. τὰ πελεκᾶνα ἐπὶ μεγάλῳ πέτεται καὶ κατὰ μίαν πτέρυγα κινεῖται. ¶ Metaphoricè & nautarum item πτερὰ dicuntur. Od λ, Οὐδέ μοι ἔτρεσσαν ἐπὶ πτερὰ νηὸς ἰούσης· πτερὰ γὰρ νηυσὶν πέλονται. Specialiter verò remi palmulæ, ide Pollux. Sic & velum nauis appellatur. Hesiod. in Erg. Εἰρεσίη δ' ἐπὶ νῶτα πτερὰ πτερύσσει. Item apud architectos muri deinaltitudinem consurgentes alarum instar, πτερὰ nominati traduntur. ¶ πτερὸν, penna & pinna: Luc. de fasu. ¶ Item πτερὸν κουφότητος. Philostr. ep. 31. Ὥσε ὀρθοκινδύνῳ πτερῷ τὸ ἄφρον ἀξιόπιστον αὐτοῖς ἀπάτημα. Interdum per synecdochen pro animali pennato seu alato ponitur: vt Od. ξ, Ἅπτεσθαι δ' οὐκ ἔστι πτερόεντος ὀιωνοῖσι. ¶ Apud comicos vmbellam seu vmbraculum significat, teste Poll. Hesych. idem est quod σκιάδιον.

πτερόεις, εσσα, εν, alatus, pennatus, volucris: vt μύρμηξ πτερόεις, Epigr. lib. 2. Sagittis etiam tribuitur: seu quòd pennata fiant, seu quòd instar auium volantium celeriter ferantur. Item & ὀϊστὸς πτερόεις. Item verbis, quod emissa ex ore reuocari nequeant: vt ἔπεα πτερόεντα. Hom.

πτερόω, ῶ, alas addo, alitem facio. Luc. ἡ ζωὴ τὸ μάταιον πτερωσαμένη. Item alis subuehor. Aristoph. in Ran. Ἐπτερώσατο Κλεόκριτος Κυπρίᾳ, &c. ¶ Metaphoricè naues πτερῶσθαι dicuntur, quum vela ei quasi alas accommodamus, seu quum remos eius in modum expẽsarum alarum vtrinque erigimus. Polyb. lib. 1. πτερώσας τὰς ναῦς. Sic & apud Plut. in Ant.

πτερεφορικῶς, ἀγ, alæ mihi accommodantur, alatus fio. Aristoph. in auib. Ἐμοὶ πτόησεν, τὸν τοῦ ὄντ', Ἐμοὶ δὲ πτερικῶς ἐγένετο μὴ ἐκπεσεῖν. Item alis in altum vehor, apud eundem. ¶ Metaphoricè naues velo πτεροῦσθαι dicuntur, apud Greg. ¶ πτερωτὸς ἱππεύς, qui spe & gaudio exultant, & quasi alas sumpsisse fiunt, apud eundem. Dicuntur & πτερωτοὶ in rebus aduersis, qui collecto animo quasi alis rursus eleuantur, & virtutem resumunt. Plut. in Artox.

πτέρωμα, τος, τό, pennofum in auibus tegmen. Aristot. ¶ πτέρωμα dicuntur & pinnæ muri in ædificiis. Strab. l. 17.

πτέρωσις, εως, ἡ, pennarum productio. Item idem quod πτέρωμα. Aristoph Luc.

πτερωτὸς, ὸν, ἡ, qui alas addit, qui alis subleuat. Metaph apud Greg. τὰ ἐρημίας πτερωτικῶς, i. exhilaratorem & confirmatorem.

πτερωτός, ὸν, alatus, pennatus. Aristot. hist. an. l. 1. c. 5.

πτέρυξ, υγος, ὁ, idem. Aristoph. Polyb.

πτερύσσομαι, ῦμαι, alis latera ferio. Luc. ὁ πτῆξ ὁ ἐπτερύσσετο. Exponitur &, gestio, seu passis alis fio. vnde metaph. apud Athen. lib. 6. Πτερύσσεσθαι ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς. Item alis strepo & pugnam meditor. Laert. Δηλῶν ὡς ἐπτερύσσετο. Μίδας ἀλεκτρυόνας ὡς ἐπὶ μάχην πτερυσσομένους.

πτέρυξ, υγος, ἡ, alarum plausus.

πτέρυξ, υγος, ὁ, ἡ, ala. Ἡ δὲ πτέρυγος λάβοι' ἂν ἐφικτῶν. Metaph. apud Soph. in El. Ἴχνεσι πτέρυγας ὀξυτόνοις ἕπου. ¶ Item pinna. Theophr. hist. pl. l. 4. c. 10. Nic. Basil. ¶ πτέρυγες dicuntur gubernaculi pinnulæ, Poll. & Hesych. ¶ Item partes vestium & fimbrias laciniosæ, lasiniosò procursu & angulis alatæ factæ.

---

formam referentes. Plut. in Num. in thorace etiam pinnulæ πτέρυγες appellantur. Xen. de re equ. ¶ Πτέρυξ à quibusdam etiam dicitur fuit τὸ ἀκάτιον, vt est apud Dosc. l. 3. c. 152.

πτερυγιδιον, ὁ, ἡ, ale speciem gerens, alam referens. Gal. comm. 1. sect. 18. in Hippocr. de morb. l. 1.

πτερύγιον, ala. pinna. πτερυγίῳ δε dicuntur pudendi muliebris labra & veluti alæ. Poll. l. 2. Et in auribus ea quę pandantur, quasi pinnæ. Ruf. Ephes.

πτερυγοειδὴς, alatus, pennatus, pinnatus. Aristoph. in Equit.

πτερυγόστομος, pennas rostro purgo. Theophr. εὐθυμία δ' ἐν τούτῳ πτερυγόστομος ἀεὶ συναυλεῖ. item alas pando, alas explico. Aristoph. in Auib. Ὅστις αὖ πάλιν πτερύσσεται πτερυγώσας αὐτὸν ἐμοὶ πειρωμένῳ. Et metaph. frustra & inaniter conor instar pulli rum alis excitantium. ἐπὶ τοῖς πειρωμένοις καὶ πτερυγώσασιν ἀλλὰ φλυαρεῖν ἐστὶ πτερυγίζειν. Plut. ἐπὶ τοῖς πειρωμένοις καὶ πτερυγώσασιν ἀλλὰ φλυαρεῖν ἐστὶ πτερυγίζειν. Item alula. ¶ In auribus hominis sic dicitur pars illa quæ tempora vergens inflectitur. Poll. l. 2. item partes scalparum vtrinque πτερύγια nominantur. in naso verò exteriores & infimæ partes motu præditæ. idẽ ibid. Sic & in muscaribus eminentiæ duæ vteri sinum ambientes appellantur. Gal. in Hipp. lib. 3. de morb. mul. ¶ Est & πτέρυγιον mali cuiusdam nomen, qui vel in oculis vel digitis ab angulo clausuráve aliqua inutilis membrana & carunc ula progreditur, iis nocens. Vide Cels. & Aret. ¶ In piscibus πτέρυγια pinnæ sunt. Arist. ¶ In vestibus πτερύγιον idem significat cum πτέρυξ 1. Reg. 15. & 24. Et in thorace eadem idem quod πτέρυξ. Xen. anab. 4. ¶ In templo pinnaculum vel pinna πτερύγιον dicitur. Lucæ 4.

πτερὸς, seu πτερὸς, ἕδος, seu ἕδος, ἡ, filix mas: herba de qua Dioscor. l. 4. c. 186. vbi & sic appellatam scribit, quod folia expassa habeat, velut ala. Hinc comp. Θηλυπτερὶς, filix, fœmina, de qua idem ibidẽ lib. c. 187. Et ὑδροπτερὶς, herba, de qua idẽ l. 4. c. 189.

Composita ac primùm cum præpositione.

ἀμπτερίζω, alaum facio, pennis instruo. Metaphoricè significat, excito quempiam ad aliquid agendum, animum addo, in spem erigo. Eurip. in Oreft. μᾶν ἢ πολυσίνου πάρος Ἀγαμέμνονος ἀμπτερίζει θυμὸν ἐν στέρνοις; Sic & apud Aristoph. in Au. Λόγοι ἀμπτερίσουσιν ὀρθῶς ἐν πανηλίοις.

Ἀναπτερόω, alis instruor. Et meraph. excitor ad rem aliquam agendam, ad rei alicuius desiderium accendor: in spẽ erigor. Plat. in Phæd.

ἀναπτερόομαι, alas pando & quatio. Hesych.

ἀναπτύσσω, alas explico aut dispando.

ἀνεπτερωμένως, alas expassas concutio. Luc. in enc. muscæ, ὁπόταν ἀνεπτερωμένως ἢ πλέον ὀκτὼ πτερύγεσσιν.

ἀπτερόω, ἐκ ἡ, plumatus, aliger. Aeschyl. in Prometh. Eurip. in Oreft.

ἀπτερύγιος, circumcirca pinnas habens: de ædificiis. Athen. l. 5.

ἀπτέρυξ, υγος, ὁ, (decomp.) qui peripteri formam mentitur & quasimulat. Vitruu. l. 4. c. 7.

ἀπτερος, alatus, alas habens quibus subuehitur. Aristoph. in auib. Luc. in somn.

Composita sine præpositione.

ἀκύπτερος, q. d. valde volucriter: celerrimè, perniciissimè. Item prompte, libenter. Hesych.

ἀπτερος, alas non habens, pennis seu pinnis carens. Metaphoricè μῦθοι ἄπτεροι dicuntur verba quæ permanent in aures eius qui audit nec quasi auolant. Od. ε & τ.

Ἀτέρυξ, celerrimè. Lycophr. Ἀτέρυγες, idem. Apoll. Arg. vlt.

Ἀτέρυξ, idem quod ἄπτερος.

Ἀτέρυγος, idem Athen. l. 7.

βλεφαρίδες, membranis volans, cui membranaceæ pinnæ sunt. Anthor. hist. an. l. 1. c. 5.

δίπτερος, bipennis, duas habens pennas. Idem ibidem. ¶ Δίπτερος dicitur duo habens prora. Vitruu. libr. 3. c. 1. Ἑλλάδι δίπτερος ναῦς, ædes quæ sic collocatur vt in fronte & postico sint columnæ octonæ: in lateribus, cum angularibus, quindenæ. Idem ibid.

Δικρύφιος, ὁ, ἡ, ἐν, idem cum δίκροτος. Epigr.

δίπτερος, sex alas habens, senis alis volans. Naz.

εὐπτερος, bene alatus seu pennatus, pennis plurimùm potens. Item in loue. Vsurpatur & metaph. apud Aristoph. in Nub.

ἰσόπτερος, male pennatus, malè volans. Aristot.

κολεόπτερος, cuius pennæ inuolucro cristaceo velut vagina indutæ sunt. idem. (Asp.

λεπτόπτερος, alas cæruleas seu nigricantes habens. Hesiod. in Scut.

κύκνοπτερος, cygneas pinnas habens. Apud Eurip. in Oreste, ὠκύπτερος, oculus candidus & formosus instar pennæ pauonis.

λευκόπτερος, albas alas habens. Nauis epith. Apud Aeschyl. in Prom. (dem ibid.

μακρόπτερος, longas alas habens. itidem nauis epith. apud eundem.

μελάμπτερος, cui sunt longæ alæ seu pennæ.

μελανόπτερος, nigras alas aut pinnas habens. Aristoph.

μονόπτερος, idem. Eurip. in Hec.

μονόπτερυξ, vnicam pinnam habens. Vitruu. l. 4. c. 7.

ὀλιγόπτερος, paucas pennas habens.

ὁλόπτερος, cuius vniuersum corpus pennis tectum est. Item ius alæ non sunt scissæ. Aristot.

ὁμοιόπτερος, quibus similes pennæ sunt.

ὁμόπτερος, simul volans. Et metaph. similis. vt βέσπερος ὁμόπτερος, apud Eurip. in Electr.

ὀρθόπτερος, cui rectæ pinnæ sunt, surrectas pinnas habens.

ποικιλόπτερος, variegatas pennas habens. Eurip. in Hippol.

πολύπτερος, multas pennas seu pinnas habens.

Σχιζόπτερος, alas fissas habens. Aristot. hist. an. l. 4.

Ταυόπτερος, & ταωνόπτερος, cui alæ extentæ sunt, extentis & patulis alis volans. Hesiod.

Ταωνοπέτης, idem. Il. τ.

Ταχύπτερος, celeriter volans. Et metaph. velox, Aeschyl. in Prom. meth.

Τετρόπτερος, quaternas gerens pinnas. Aristot. hist. an. l. 1. c. 5.

Τεττιγοπτερυξὶς, ἰδος, ἡ, locusta: πτερυγὶ πέτεται ἴσχει πτέρυγι: Suid.

Υἱμόπτερος, alas membranaceas habens. Luc.

Φοινικόπτερος, rubeas alas seu pinnas habens. Nomen auis apud Aristoph. in Auib.

Χρυσόπτερος, aureas alas vel gemmas habens. Hom. Iliad. θ. Est & gemmæ nomen: apud Plin. l. 37. c. 8.

Ὠκύπτερος, celeres habens alas. Homer. Ὠκυπτέρυγες, dicuntur & ipsæ pinnæ alarum prominentiores, quibus volandi celeritas iuuatur: aut ipsæ alæ: apud Aristoph. in Au. Apoll. Arg. 2. Plut. in apophth.

Πτῆμα, πτῆσις, vide in Ἵ πτάμαι. πτάσσω. in πτάω.

ΠΤΙΛΟΣω, ὁ, cui ex cilijs pili periêre. Galen. l. 14. meth. med. & Aet. lib. 7. c. 80. Scribitur & πτιλὸς, apud Hesych. & πτίλωσις apud Suid. ¶ πτίλον, τὸ, penna seu pinna: propriè insectorum, Aristot. Ἐξ ὧν πτίλα ἔστι ὀλοπτήσεως καὶ τῶ πτίλῳ ἀποκρίνεται. Dicitur & de serpentum alis: apud Herodot. l. 2. Et de pinnis auium, apud Plut. in lib. de solert. anim. Dicuntur & πτίλα molliores auium pennæ. i. plumæ: item lanugines ex clusos pullos vestientes, quibus deinde cum incremento eorum pereuntibus, legitimæ plumæ oriuntur. Apud Aristoph. in Acharn. πτίλον de galea etiam dici tradit eius schol. *Ab hoc nostro πτίλον sunt sequentia deriuata & composita.*

πτίλωσις, εως, ἡ, pennarum plumarúmque annua mutatio. ¶ Item defluuium pilorum è palpebris callosis & rubentibus. Aet. item malum dicitur & πτίλωσις, apud Dosc. l. 1. c. 87.

πτίλωτὸς, ὸν, pennatus seu pinnatus. Aristot. hist. an. l. 1. c. 5.

Compositâ.

Ἀπτίλωτος, ὁ, ἡ, impluмis, inuolucris. Suid.

Τετράπτιλος, quaternis pinnis volans, quaternas pennas gerens. Aristoph. in Acharn.

ΠΤΙΣΣΩ, siue πτίττω, F. ἴσω, pinso, tundo, decortico. Athen. l. 14. ἧς τὴ πτισσωθῆναι ἄλφιτα ἴσ. sub. φάβῃ, cantio mulierum quæ hordeum pinsunt. Pherecrates apud Eustat. πτῶ σ' ἐπιχώσας τοῖς κεφαλαῖς δεῖ, πτίσεις, φρυγάνῳ, &c.

πτίσανος, pinsor, tundor: vt ἐπτισμένῳ κεφαλῇ, hordeum pistum, apud Aristot. hist. an. lib. 8. Et πτισθεὶς, pistus, apud Theophr. hist. pl. l. 1.

πτισανώδης, siue πτισανὴς, ptisana, i. hordeum pistũ & à cortice purgatum. Epigr. lib. 2. Ταῦτα δὲ πάντα τοῖς ἀτενέσι πτισανώδη. Et apud Athen. lib. 14. τὸ τῆς δύτε πτισανώδης ἐκφύσεως. Quidam tamen compositum esse volunt ex πτίσσω & ὠθέω, vt est apud Eust.

πτισσὸν, ὸ, τὸ, pisum: legumen quod & πίσος dicitur, & Eustathio hinc deriuatum videtur. Apud Galen. de aliment. facult. l. 1. scribitur gemino σ, & oxytonως πτισσοῦ, in cesiu leguminum.

πτισσὸς ἐτὸς, pulmentum è pisis confectum: apud Athen. l. 9. & Aristoph.

Compositâ.

Ἀπτιστος, qui pistus & tusus non est. Hesych.

Ἀπτίσσω, tundo, pinso. Theoph. hist. pl. l. 9. c. 17. ἀφ' ἀπτισσοῦ τε λεπτοῦ. ἐπιπτίσσω τε ὑφ' ὕδατι πίνεται. ἀπτίσσω, perpurgo corticem auferẽdo: seu exactè de cortico, excastro, Theophr. hist. pl. lib. 9. c. 17. ἀλλὰ ἀφαπτίσσωσιν ἀφαιρεῖσθαι τὸ κέλυφος· μετὰ ταῦτα ἀφέψουσιν ὡς τὸ ὅλυρα. Metaphoricè ἀφαπτισθησόμενος, purus ac omni veluti gluma carens. Aristoph. in Acharn. Ἀ' ἐγὼ ἀφαπτισθησόμενος τὸ εἶδος, speciè purus.

Φακοπτισανώδης, edulium ex lente & ptisana concinnatum.

ΠΤΟΈΩ, ῶ, F. πτέσω, consterno metu, terrefacio, exterreo. Basil. εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπτοῆσθαι. ¶ Item obstupefacio, attonitum reddo.

πτοίημα, ατος, τό, terrefio, seu exterrefio, perterreor. Plut. in Alcib. πτοίησις ἧς Δέλφυιος τῷ ὄρυγμα, expauefacta & exterrita coturnice. ¶ Item obstupefio, attonitus reddor. Aristot. hist. an. l. 1. ἐπτοῆσθαι τὰ ξύλα, attonitus est ad ligna. Eur. ἐπτοῆσθαι ἔρωτι, amoris æstro ad stuporem vsque perculsus es.

πτόησις, εως, ἡ, pauor & consternatio: timor, metus: 1. ep. Pet. cap. 3. ¶ Interdum significat nimiam & velut attonitam rei Venereæ libidinem: vt apud Aristot. de generat. anim. l. 4.

πτόα, ας, ἡ, pauor & consternatio: seu timor, metus.
πτοιάω, ῶ, idem cum πτοίω, Mosch. in Megar. Πρὸς δ' ἔτι μ' ἐπτοίησε διὰ γλυκερὸν αὐτὸς ὄνειρος ὕπνου.
πτοιέομαι, idem quod πτοίομαι, Ody. χ, τῶν δὲ φρένες ἐπτοίηθεν, eorum mentes expauescebant. Item attonitus sum re aliqua, admiror rem aliquam ad stuporem vsque, & impotenti eius desiderio flagro. Apud Hesiodum in Erg. Κυρήτορ γὰρ αὐτὴ μεθ' ὁμήλικας ἐπτοίηται, exp. gaudens æquales spectat & animo intento.
πτοίησις, idem cum πτόησις. Plat.
πτοία, idem quod πτόα. Plut. in Fab. & in Crasso. Item impotens & veluti stupida libido rei alicuius, nimia affectio. Plut. in lib. περὶ εὐθυμίας. ¶ Item sternutatio. Hesych.
πτοίαλεος, α, ὁ, pauidus, timidus, meticulosus.
πτοιάω, ῶ, idem cum πτοίω, seu πτοίω.
πτήσσω, f. ξω, q. d. metu contrahor. Propriè dici volunt de animantibus quæ conspecto hoste præ metu se cōtrahunt in loco aliquo ad latendum commodo. Aristoph. in Vesp. πτήσσει Φρυνίχος ὥς τις ἀλέκτωρ. Isocr. ad Philip. τοὺς ἄλλους ὁρῶν τοὺς περὶ αὐτοῦ ζῶντας τῇ συμφορᾷ κεχρημένους, ἐπτηχότας διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως. Exponitur etiam, expauesco, exhorresco, perhorresco. Athe. ὡς πάντας πτῆξαι, ita vt omnes perterrerentur. Item rugio: vt Eurip. πόλις πρὸς πτόλιν ἔπτηξε χειμασθεῖσα, ciuitas calamitate accepta trepida se recepit ad aliam ciuitatem, seu cōfugit. Item abscondo & occulto me. Dicuntur & πτήσσειν qui in insidiis latent se non mouentes donec occasio se offerat inimicum inuadendi: vt apud Aristoph. πτήξας τις ἠρεμεῖ. ¶ Item actiuè, perterrefacio vt quis metu velut contrahatur. Il. ξ, πτῆξε δὲ θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν.
πτήξιαχος, ὁ, ἡ, pauidus, timidus. Hesych.
πτωκὶς ἴδιος, idem, apud eundem.
πτακισμὸς, trepidatio, quum aliquis metu contrahitur: apud eundem.
πτώσσω, idem cum πτήσσω, metu contrahor, perterreor. Item trepido, expauesco. Il. δ, Τί πτώσσεις; τί δ' ὀπιπτεύεις πολέμοιο γεφύρας. Sic Il. η. Achiui πτώσσουσιν ὑφ' Ἕκτορι. Item metu consternor, metu perculsus concido. vt Il. φ, ταὶ δὲ πτώσσουσι καθ' ὕδωρ. Item abscondo me præ metu, Iliad. πτώσσει ὑπὸ κρημνούς. ¶ Significare etiam, mendico. Od. ρ, ἀλλὰ πτώσσων κατὰ δῆμον Βούλεται αἰτίζων βόσκειν ἣν γαστέρ' ἄναλτον. Item timidè mendicās oberro. Hesiod. in Erg. μήπως τὸ μεταξὺ χατίζων Πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους.
πτὼξ, idem quod πτὰξ, pauidus, timidus. Il χ, ἢ ἄρν' ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν. Item substantiuè pro lepore, vt Il. ρ, οὐκ ἔλαθε πτὼξ. Et Theoc. id. 1. καὶ πτῶκας βάλλει καὶ θηρία πολλὰ διώκει.
πτωκὰς, άδος, ἡ, pauida, timida, vel fugax. Apud Soph. in Philoct. nonnulli per πτωκάδας, intelligunt harpyas.
πτωκάζω, idē cum πτώσσω, metu cōsternor, expauesco. Il. δ.
πτωχὸς, οῦ, ὁ, mendicus. Od. ξ, πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες Ξεῖνοί τε πτωχοί τε. Hesiod. in Erg. Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει. Discrimen inter πτωχὸν & πένητα, docet Aristoph. in Plut. Compar. πτωχότερος, mendicior, apud Athen. l. 6. & irreg. πτωχίστερος, apud Aristoph.
πτωχικὸς, mendicus, paupertinus. Item qui mendici est, qui mendicis conuenit: vt πτωχικὴ στολὴ apud Eurip. in Rheso. Et ὀνόματα πτωχικὰ apud Luc. de scrib. hist.
πτωχίζω, ad mendicitatem redigo, pauperem facio: 1. Reg. cap. 2. Κύριος πτωχίζει καὶ πλουτίζει.
πτωχεύω, f. εύσω, mendicus sum, mendicando viuo. Aristote. Rhet. 3. τὸν μὲν πτωχεύοντα εὔχεσθαι, τὸν δὲ εὐχόμενον πτωχεύειν. 2. Corinth. c. 8. (de Iesu Christo) δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὤν. Itē mendicus oberro, mendicans peto. Od. τ, πτωχεύων δ' ἀνὰ δῆμον. Et cum accusat. Od. ρ, & apud Theogn. Cum genitiuo sign. egeo, indigeo. Greg. ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν νοημάτων ψυχὴ διὰ τὸ φθάσαντα πτωχεύει ποτε.
πτωχεία, ας, ἡ, mendicitas. Aristoph. in Plut. πτωχείας φαμὲν πενίαν ἀδελφήν.
πτωχεῖον, τὸ, locus in quo mendici degūt & aluntur. in Pand. & can. 8. concil. Chalced.
πτύρω, idem cum πτοίω, consterno, expauefacio, perterrefacio. Vnde passiu. πτύρεσθαι, peculiariter de equis, vt & πτοεῖσθαι. Plut. in Fab. παραλόγως ἐκτρόμου τοῦ ἵππου γενομένου, καὶ πτυρέντος ἐξέπεσε, consternato & attonito equo. Sic & apud Diodor. Sicul. in Hist. Alex.
πτυρμὸς, οῦ, ὁ, pauor & consternatio. Hesych.

Composita: ac primùm ex πτοέω.

ἀναπτοέω, cōsterno, perterreo. Mosch. idyll. 2. Ἣ δ' ἐκ μέλαθρα κνώσσουσαν ἀνεπτοίησαν ὄνειροι, suauiter dormiētem perterruerūt sōnia.
ἀναπτοέομαι, οῦμαι, cōsternor, expauesco, perterreor: vt ἀναπτοηθεὶς πρὸς τὴν φιλοφροσύνην τῆς γυναικὸς, obstupefactus comitate mulieris. ¶ Item erigor spe & animo. Herodian. lib. 2. (de Nigro ad imperium euocato) ἀνεπτόηντο δὲ πάντες, καὶ μηδὲν μελλήσαντες προσέκειντο, animo erecti erant. Plut. in Sertor. ἀναπτοηθῆναι πρὸς τὴν ἐλπίδα.
Ξ I, xi ab Hebræo Schin ductum videtur: Latini nomen inuertimus, ix dicentes. Valet ks vel gs, quod ex obliquorum analogia apparet. Dicimus enim φοίνιξ φοίνικος, & αἴσσω αἴσσω: Interdum tamen x in obliquis aspiratur, sed præter recti naturam. Nam inter x & σ locus adspirationi nullus esse potest. Itaque quàmuis dicamus ἅλς ἁλσός, minimè tamen existimandum est ξ in ἅλς valere χσ.

Ο, ο, Ο, breue.

ΟΜΙΚΡΟΝ, o paruum, & ipsum quoq; , vt ait Plato, à Græcis pronuntiatur, peculiareq; nomẽ non habet. Nam Hebræorum nulla litera est huic respondens.

Latini ο Græcorum suo u expresserunt, vt Ὀδυσσεύς Vlysses. Talis est etiam apud Romanos cognatio u cum o: vpilio, opilio. Atque etiamnum hodie magna Galliæ Lugdunensis pars sic o pronuntiant vt ou intelligas. Nat bonensis contrà ou mutat in o. Sed rectiùs omnino fecerunt recẽtiores, qui o ab ω diphthongo & appellatione & scriptione distinxerunt. Debet enim o intra palatum ore rotundo enuntiari, quod & ipsa figura indicat, vt o breue.

Π, π, p.

Π. Pi, ab Hebræo Pe nomen habet, sonat P. Latinum.

πατὴρ, pater, German. Vatter seu Fatter, per digamma Aeolicũ.

P, ρ, rh, r.

Ρῶ, Rhoo per o longum ab Hebræo Res longiùs remotum nomen habet. Valet r nostrum.

Apud Græcos perpetuò initio aspiratur.

ῥύτωρ defensor, Belgis ruter, id est, eques, miles.

Et in medio dictionis geminatum prius tenue est, posterius aspiratur: vt πύῤῥος pur rhos.

Σ, σ, ſ.

ΣΙΓΜΑ. Sigma, à Samech Hebræo.

Dores San vocant, sicut Herodotus & alij testantur. Sonat ſ Latinum.

Σίγμα apud Lucianum actionẽ instituit aduersus ῶ, constitutis iudicibus septem vocalibus, conquerens sese ab ῶ pluribus dictionibus spoliari. (tera.

Pindaro κἀβδάλου vocatur, hoc est, adulterina & nõ vera li-

Messala Corninus vocat sibilum.

Malè autem infracto sono & sicut zain Hebræorũ pronuntiari solet, quoties vel in eadem vel in diuersis dictionibus reperitur media inter duas vocales. Sic enim causa pronuntiant, ac si Cauza scriptum esset.

Plutarchus: Sæpè pro aspiratione ponitur in his dictionib. quas Græcis sumpsimus, vt semis, sex, septem, ſe, ſal. Nam ἥμισυ, ἕξ, ἑπτά, ἅλας apud illos aspirationem habent in principio.

Τ, τ, t.

ΤΑΥ, non taf, sed tau, quomodo nautæ littoris Belgici sonant tau, quod denotat funem nauticum. Apud Hebræos idem nomen habet. Valet t Latinum.

Τάνταλος, Tantalos, Ἀντώνιος, Antonios, πάντα, panta.

Non (vt habent neotericorum Grammaticorum inuenta) Tandalos, Andonios, panda: quum t ante n, ne Latini quidem requant.

Υ, υ, y, siue u tenue.

ΥΨΙΛΟΝ, y, hoc est, u tenue, gracile, siue exile, (Vergilius Iteram Pythagoræ vocat) simplex nomen non habet, nec Hebræis litera est quæ huic respondeat.

Valet y, quod à Græcis mutati sunt Latini.

Cuius sonus medius est inter ι & ου, & tam Græcè quàm Latinè vt u Gallicum enuntiandum est, non vt ι.

Q. Terentius Scaurus ait, Y literam superuacuã Latino sermoni putauerunt, quoniam pro illa V cederet: sed quum quædam in nostrum sermonẽ Græca nomina admissa sint, in quibus euidenter sonus huius literæ exprimitur, vt hyperbaton, vt hymnus, & hyacinthus, & similia, in eisdem hæc litera necessariò vtimur.

Terentius dixit, *An in astu venit*, pro ἄστυ, hoc est ciuitatem.

Iurisconsulti nostri Senatusconsultum Tertullianum & Terzyllianum dicunt: quod inde accidisse verisimile est, quia quùm Romani destituerentur voce υ, nec haberẽt literam quæ omni ex parte ei responderet, deflexerunt ad vocem proximam, pro υ, sonantes υ, quod etiamnũ hodie euenit Italis & Hispanis Belgicè vel Gallicè loquentibus. Nam pro *buten*, id est, foris dicunt *bouten*, pro *murallie*, *mouralle*: hoc est pro βυῖ & μυρ, βουῖ & μουρ.

Φ, φ, ph, ſ, vt consonans, digamma Aeolicum.

Φι, Phi, nomen habet ex Hebræo Phe, quod & Pe dicitur: respondet f Latino, id est, τῷ δίγαμμα Aeolico, vt tunc quidem effertur.

Priscianus: f verò τῷ δίγαμμα sono enuntiabatur, ita scilicet vt nunc u consonans, erat: qi sonus fuit inter Græcos Aeolibus peculiaris. Sed postea in eius locum successit u consonans, ipsum verò digamma f in locum p aspirati: quod tamen in vocabulis Græcis seruatum est, vt in Philosophia, Philomela, Sophisti, & multis eiusmodi. Pauca tamen excipiuntur, vt fama Φάμα. faga Φαγὴ, fagus φηγὸς. fur φὼρ, & alia præterea nonnulla quæ vsus obtinuit vt per f scriberentur, quãuis Græca sint. Hęc igit ir causa est cur Cicero pro Fũdanio (sicut annotat Fabius) testem irriserit qui primam eius literã dicere nõ posset. Quum enim esset digamma, Græcus ille testis vel eius literæ sonum ignorabat, à solis scilicet Aeolibus inter Græcos vsurpatum, vel certè pronuntiabat vt etiamnum hodie Germani solent per u consonantem

Idem ad Atticum lib. 12. fundum suum Formianum vocat di-

gamma, quod nomen eius ab F litera initium sumeret, cuius figuram & sonum repræsentat: eoque Græci vtebantur initio dictionum à vocali aspirata incipientium, ἑκάτη, F ἑκάτη, Heneti. Veneti itemque in medio, si vocalium concursus erat, ΩΟΝ ΩΦΟΝ dicentes, vnde nostrum Ouum & ΟΙΣ ΟΦΙΣ, Vnde Ouis: ΒΟΟΣ ΒΟΦΟΣ Bouis. Sed præstat Terentiani Mauri Grammatici antiquissimi & grauissimi versus hue adferre:

Nominum multa inchoata literis vocalibus
Aeolicus vsus vertit, & digammon præficit:
Aeolica dilectos autem mista firme est Italæ:
Hesperum quum dico Græce, Vesperum cognominat.
Et sic Vesta facta, Vestis ἑστὴς dicitur,
Quæ quum Græcis vocamus, Vmsubet me dicere.
Itaque est multis in vsu, & magis poeticum est.
Ne enim natiua vox est: ille Ver hoc dicitat.
Quos Homerus dixit Ἔαρ τε, ille Venetos autumat,
Et viola flos nuncupatur, quem Graij vocant ἴον.
Et Iolaus ille Violens, crede Marco Tullio.
Quamque Ἕλλω dicunt Achæi, hanc Vitym gens Aeoli.
Plura Sappho comprobauit: Aeoles, & cæteri.

Χ, χ, ch.

ΧΙ. Chi, apud Hebræos nihil habet cui respondeat. Nomen formandum est ad modum πῖ, φῖ, &c. valet ch, seu c aspiratum: profertur enim aëre è gutture erumpente.

Χάλυβες Calybes, χάος chaos, & huiusmodi alia.

Ψ, ψ, pſ, bſ.

ΨΙ, psi ab Hebræo etiam nomen non habet, sed ad formam ξῖ, πῖ χῖ, nominatum est. Sonat vt pſ, & aliquando vt bſ.

αὐθάδεσ ψαῦσαπες, Ethiops, ψαλμὸς, psalmus, ἄφρων ψαφαῖος, Arabs.

Ω, ω, o o siue o longum.

Ὦμέγα, id est, o magnum, ita vocatum est ex collatione cum altero quod μικρὸν dicitur. Est enim re vera magnum, siue quãtitatem spectes, quùm sit natura longum, siue figuram, quòd sit veluti ex duobus οο cõflatum ex veterum cõsuetudine, qui (vt inquit Fabius) ante repertam temporis longi notam vocales productas in scribendo geminabant. Valet autem o longum, proferendumq; vt οο duplicatum, non ictu vocis, sed productione, eodemq; planè modo pronuntiandum βασίλειος, id est, cibus, vt Belgis *broot*, hoc est, panis, à Græco deductum.

Ex his xxiiij. literis, Vocales sunt septẽ, id est, quæ per se possunt plenã vocem edere, α ε η ι ο υ ω. Breues duæ, ε ο: quibus respondent totidem longæ η ω cõtractæ ex duabus breuibus, solaq; quantitate ab iis differentes: & tres ancipites siue communes, id est, in quibusdam vocabulis longæ, in quibusdã breues, in paucis indifferentes. Priscianus, Vocales, ait, apud Latinos omnes sunt ancipites vel liquidæ, hoc est, quæ facilè modo produci, modò corripi possunt. Sicut etiam apud antiquissimos erant Græcorum ante inuentionem η & ω: quibus inuentis quæ ancipites erant, remanserũt perpetuò breues, quũ earum productarum loca possessa sint à prædictis vocalibus semper longis. Hæc Priscianus. Quod hac ratione factum esse aiunt, quia vetustissimi illi, si quando syllabã vellent producere, debebant eandem vocalem bis pingere, ΔΕΕΜΟΣ pro ΔΗΜΟΣ, ΑΝΘΡΟΟΠΟΣ. pro ΑΝΘΡΩΠΟΣ. Postea Simonides Melicus ex duobus Ε E, inuertit alterum, hoc modo Ε Ǝ, deinde ea coniunxit ac effecit vnũ H, quam etiam notam adspirationis fuisse ostendimus. Hinc à Βᾶλ. (vnde in Euangelio Βεελζεβοὺλ ὁ ἄρχων δαιμονίων) nelus Græcis Βῆλος, primus Assyriorum rex, Nini pater: cui vita functo templum erexerunt Babylonij, diuinisq; eum honoribus sunt prosequuti. Sic etiam duplex ο ο vniuit Simonides, hoc modo ω.

Ancipites autem ferè eertam habent quantitatem, quanquam apud Græcos in iisdem dictionibus interdum varient iuxta illud Martialis.

Et quos ἄρεις ἄρας, decet sonare.

Et illud Theocriti, ἦ ῥᾳδίως

παῖδάς τ' ὀλὺφαρες, τὰ μὲν καλὰ καλὰ πέφανται.
ὁ Polypherse,

Id est,

Quæ minimè sunt pulchra, ea pulchra videntur amanti.

Sed præstat hanc rem Terentiani Mauri trochaicis versibus illustriorem reddere:

Ergo Græcis esse septem scimus è vocalibus
H & Ω. quæ bina pedibus subministrant tempora.
E & O breues vocari singularis temporis,
Cæteras tres quæ superfunt dyzygos cognominant.
Corripi quòd sæpe eadem, sæpe produci valent.
Ἄλφα primum est, inde ἴωτα, tertium quod υ vocant.

Et paulò post:

Literam namq. E videmus esse ad HTA proximam.
Sicut O & Ω videntur esse vicinæ sibi.
Temporum momenta dissimt, non soni natiuitas.
Vnde vertunt hanc in HTA sæpe diphthongum Graij,
Quando quos ἐπαρεῖς solebant aut ἀχαρεῖς dicere,
Lemmata ἐπῶν quæ potius aut ἀχαριῶν nominant.

Nèsque

Nèsque Medeam Latinè sicin vsum vertimus.
Nomen & Regina gesserat Græci furens Amazonum.
Sic & αἰγείαν Achaus, noster Æneam vocat.

Sed & Martianus Capella dicit e Latinum duarum literarum Græcarum vim possidere: quum breuis est, τῷ ε, vt hoste: quum longa est, τῷ η, vt die: eodemq; modo de ο statuendum esse. Et in hoc Virgilii, *Conticuere ηγνυκτες*, dicũt esse tum η cum ε: primum nanque ε, η est, alterum verò ι, ει est. In illo autem *rapti Ganymedis honores*, ηδέως dicunt prius esse ε, posterius verò ω esse.

Reliquæ literæ vocem non edunt, ideoq; à Platone in Cratylo & Theæteto generali vocabulo ἄφωνα vocantur, id est, vocis expertes: à Grammaticis verò σύμφωνα, id est, Consonantes, quòd cum vocalibus adiunctis sonos suos communicent. Sunt autem numero xvii, β γ δ ζ θ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ψ.

Ex quibus sunt ἡμίφωνα, id est, Semiuocales octo: sic dictæ, quòd, vt nullas habeant vocales adiunctas, quandam tamen strepitus & soni speciem edant, ζ ξ ψ λ μ ν ρ σ.

Ex his sunt διπλᾶ, id est, duplices tres, quòd duarum literarum sint compendia ζ ξ ψ.

Υγρὰ, id est, liquidæ quatuor, quòd ita sint lubricæ, vt quasi liqueſcant in pronuntiando, λ μ ν ρ. Eædem etiam ἀμεταβόλα dicuntur, id est, immutabiles, quod in formationibus casuum vel temporum non mutentur.

Μονάδικὸν, id est, solitarium, vnum, σ, quod ab aliis ἄσημον hoc est, sine signo, vel ignobile vocatur.

Cæteræ nouem appellantur ἄφωνα, id est, Mutæ, quòd per se neque vocem vt vocales, neque strepitum edant vt Semiuocales, β γ δ κ π τ θ φ χ.

In aspiratis autem primùm omnium vetus error ille corrigendus videtur, quo nonnulli iampridẽ has literas pro aspiratis asperas nominant, quum potius densas & crassas vocare oporteat. Neque enim à Græcis τραχέα γράμματα, sed δασέα dicuntur: quòd copiosiorem spiritum requirant, vt sit earum opima & quasi adipalis pronuntiatio. Quamobrem etiã literas alias oppositas non lenes, sed ψιλὰ, id est, tenues & exiles appellant. R potius litera est aspera, & l cõrà admodum lenis. ſicut Ouidius his versiculis optimè declarat de Remuriis loquens, quæ postea Lemuria dicta sunt:

Aspera mutata est in lenem tempore longo
Littera, quæ toto nomine prima fuit.

Itaque à Græcis initio dictionum, & si quando geminata occurrerit, addito spiritu denso lenitur: tantum abest vt rectè faciant qui densum cum aspero confundunt.

Hoc loco obiter admonendum, omnia ferè vocabula in quibus apud Latinos inueniuntur ζ θ υ φ χ, Græca esse, aut à Græcis deriuata, saltem non Latina vt Gaza, baptizo, thalamus, ocyus ab ὠκὺς, lachrimæ, philtrum, Christus. Quocirca vulgò peccatur in orthographia dictionum, charus, sepulchrum, simulachum, & similium: quum scribenda sint sine aspiratione, carus, sepulcrum, & simulacrum. fiunt enim duo superiora à supinis sepultum & simulatum, vt ab inuolutum inuolucrum, à fultum, fulcrum, à lauatum lauacrum, ab ambulatũ ambulacrũ mutata t in c, & addito r. Testatur Seruius in iij. Georg. veteres scripsisse sepulchrum: post abiectam esse aspirationem: eius verba sunt hæc: Tria veteres habebant nomina in quibus c literam sequeretur aspiratio, sepulchrum, orchus, pulcher: è quibus pulcher tantum hodie recipit aspirationem. Quid apertius? Pulcher certè in veteribus inscriptionibus, & numismatis sæpius inuenitur, quàm pulcer. Et hæc quidem habemus hoc tempore quæ de literis & germana earum pronuntiatione diceremus. Libuit autem quosdam Euripidis valde artificiosos & festiuos versus ex Athenæo subiicere: ex quibus cognoscere liceat antiquas quarundam literarum formas. Apud Euripidem igitur in Theseo pastor quidam literarum imperitus, literas tamen quibus Thesei nomen scribitur, sic depingit.

Ε'γὼ πίφυκα γραμμάτων μὲν οὐκ ἔμοὶ,
Μορφὰς δ' λέξω σαφῆ τεκμήρια
Κὐκλῳ πὶ ὀς ὑρύσιον ὁμαυτῷ δ
Οὗτος σ' ἔχ' σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές.
Τὸ δ' ὄπτερον ἦ σχῆμα μὲν γραμμαὶ δύο, ψ
Τεύχουσ' διείργ' σ' ἐν μέσοις ἄκρα μία.
Τρίτον δ' βόστρυχός τις ὡς ἑλιγδρόν. ζ
Τὸ σ' ὦ πέπαρσαι δὸ μὲν εἰς ὀρθὸν μία.
Λοξὰ σ' ἐπ' αὐτῆς πρὸς κατησφαλισμένη
Εἰσὶν τὸ πέμπτον σ' οὐκ ἐν ὀλίγοις φράσαι,
Γραμμαὶ δ' εἰσὶν ὦν διεστάτην δύο,
Ἄκρων δ' σωτὶν κοινὸς εἰς μίαν βάσιν.
Τὸ λοίσθιον δ' πὸ τρίτου σφαλισμένον. ζ

Quos versus ita reddit Natalis Venetus:

Quàm litterarum non peritus ipse sim,
Dicam figuras signaque euidentia.
Est circulus tornio velut factus bene.
Signumque habens in ventre quod clarè patet.
Binas secunda forma lineas tenet.
Discretio has medio incidens mox altera.
Cinctinnus inde tortus ipsa tertia.
Subit figura quarta, rectà linea.
Tres incidentes diuidunt hanc lineæ.
Quinetiam minùs promptum sit ipsam dicere,
Sed differentes lineæ inter se duæ.
Quæ conueniunt ambæ simul in vnam basim.
Extrema differt nil figura tertia.

De literis quidem Latinis acutè admodum & breuiter his versibus Iulius Quintianus Stoa Pergamenus Capellam imitatus.

A *sub directo memorabilis oris hiatu est.*
B *simul inclusis profertur utrinque labellis.*
C *linguam adpulsos compellit ad usque molares.*
D *cogit superos linguam contingere dentes.*
E *paulum pressa profertur gutture lingua.*
F *Labrum inferius superis cum dentibus urget.*
G *damus, extremum quum tangit lingua palatum.*
H *oritur tractis quum ventus faucibus halat.*
I *linguam impellit collidi dentibus imis.*
K *fauces formant media cum parte palati.*
L *facit extremum contingens lingua palatum.*
M *quum fit, pressum premitur per utrumque labellum.*
N *lingua adpulsa collidit litera dentes.*
O *venit, exoritur quum spiritus ore rotundo.*
P *datur eruptis ter litera quinta labellis.*
Q *fit in adpulsa quum stringimus ora palati.*
R *facit vt supero crispetur lingua repulso.*
S *quum fit, peragit colliso sibila dente.*
T *linguam impulsis contactis dentibus exit.*
V *facit os strictum, sic promula labra fatigat.*
X *reddit quidquid c atque s formare videmus.*
Y *psilon apprensis labris procedere iussum est.*
Z *ea sepulchrales imitatur concita dentes.*

Hactenus de literis.

De syllabis: deinde de diphthongis.

Ex literis constituuntur syllabæ. Syllabam autem vocamus docendi causa, spiritus comprehensionem ad vnam vocem exprimendam. Est autem in triplici differentia. Constat enim vel ex vna vocali: vel ex duabus vocibus in mixtam vnam vocem coeuntibus: vel ex consonante vna, vel pluribus cum vna vocali aut duabus ad summum.

Primi generis syllabæ quinque sunt quot scilicet vocalium soni: nam η & ω non voce, sed vocis quãtitate differunt ab ε & ο.

Secundi generis diphthongi: id est, gemini sonæ appellantur, quòd ex duabus vocibus tertiam vnam efficientibus componantur.

Tertij generis syllabæ ex consonantium & vocalium multiplici connexione penè sunt infinitæ, quas enumerare minimè necesse est.

Diphthongus autem ita solet definiri à Grammaticis, vt sit syllaba ex duabus vocalibus sonum suum retinentibus cõflata, ita dicta quòd duos φθόγγους, id est, sonos efficiat. Sic Terentianus Maurus: *vnde diphthongos eas*

Græcæ dicunt magistri: quod duæ iunctæ simul
Syllabam sonant in vnam, vique gemina præditæ.

Ego verò malim dicere, In vnam mixtam vocem coëuntibus (quam alioqui quando distinctæ sunt vocalium voces, duæ syllabæ nascantur necesse est) aut hoc certè addiderim definitioni, Quæ raptim & vno spiritu proferri possunt.

Diphthongi sunt duodecim, nouem propriæ, tres impropriæ, quod pace Grammaticorum dictum velim, qui totidem proprias quot improprias numerant.

Propriæ dicuntur, quòd potuluet eas naturalis prolatio, hoc est, quòd duę vocales, vt integrè scribuntur, ita integrè pronuntiantur: vel quòd vna eademque syllaba geminę vocalis sonum edat αι ai, non ε, ασ au, non αβ, ει ei, non ι, ευ eu non εβ, ηι oi, non ο, ου, ουι, vel ψ ui, non ι, ηυ vel ευυ, non ιβ, ωυ oou, non οβ.

Ex quibus hodie vulgò sola ει rectè pronuntiatur, cæteræ omnes depraua tè. Tres verò posteriores hactenus inter impropriias numerantur.

Impropriæ siue abusiuæ diphthongi sunt, quæ contra veram rationem & definitionem diphthongi & scribuntur & proferuntur: hoc est, quando prior solùm vocalis integrè pingitur & enuntiatur, & ι subscriptum non exauditur: sic vocatæ, quòd naturalis pronuntiatio ipsas non requirat. Nam vt simplices vocales efferuntur, nec compositam vocem edunt. α ι, ρ ει, non ι, ω οο, non ο.

De diphthongorum propriarum sono in genere.

Qui duos sonos in diphthongis non agnoscunt, quomodo illas diphthongos existimare possunt? quomodo enim à vocabulis sono distant, si simplicem aliquem sonum adferunt? diphthongus enim non scriptura, sed voce cernitur: aliàs non diphthongus, sed digraphus est. Cur autem quum diphthongi omnes propriæ definitione diphthongorum contineantur, quædam duos sonos, vt αυ εὐ ου ηυ ωυ, quædam simplicem habent, vt αι ει οι υι? At id sauè, si diphthongus aliquid sit, & si

quid diphthongus à vocali differt, verum esse nõ potest. Et quũ vsus in diphthongorum numerũ istas retulerit, cur abusus dimidiam & meliorẽ soni partem ab illis auferet? Detur hoc vsui vt diphthongos faciat, vocales faciat, syllabas faciat: sed hoc dare vsui nemo potest, vt quamdiu diphthongum eam faciat, illud ab ea auferat quo diphthongus sit. Eximatur igitur è numero diphthongorum, si nihil in sono cum diphthongis habẽt cõmune. At Quintilianus quærendum putauit, quomodo duabus demum vocalibus in se ipsas coeundi natura sit, quum consonantium nulla nisi alteram frangat. Sed hoc est pati illas minimè in se ipsas coire, si alteram extrahas, & obtorto collo illam à sonando rapias, ne sonus è duabus vocalibus in seipsas coeuntibus collectus efferatur. Sin in sonando nihil altera vocalis adiuuet, tum non modò tuta frangitur, sed etiam consumitur. Igitur vt diphthongus fiat, copulatio non modò literarum, sed sonorum fieri debet, ne videlicet, quo cæteræ linguæ omnes abundant, eo Græca & Latina lingua destituatur.

Diphthongi autem quùm minimè simplices voces, sed conpositæ & diuisibiles sint, in varios sonos tribui possunt. Quonodo enim *διείρεται* talis diphthongorum esset, nisi diphthongus coitionem illorum sonorum antea habuisset: vt *πεῖς πεῖτε*. Aut quomodo *συνέχεται* fieri aliquorum potest quæ non antea seiuncta separataq; voce erant? vt *βασιλεῖ βασιλεῖ, οἷς, οἷς*. Videmus autem vt sones sæpe ex *αι* reijciant *ι*, & relinquant: sæpe *ει* & *οι* in *ε* & *ε* diuidat. Sequitur ergo vocalẽ præpositiuam æquè proferendam vt subiunctiuã. Nam si res diuisas voceſq; diphthongorum separatas pronuntiamus, quid ni easdem coniunctas? Quidistúne illarum natura dissentiens est, vt ad societatem soni adduci non possint? At quare tantopere in Græca lingua dissentirent, quum in omnibus iam aliis linguis cũ suauitate vsurpentur? Non igitur rei natura à hoc fit, neq; aurium causa: quia si in re consisteret, in nulla lingua hoc fieri posset. Sin aures ab eo abhorrent, cur in patriis linguis cum voluptate audiuntur, vbi aures omnium & peritissimæ & delicatissimæ sunt. Et quoniam in Græcis diphthongorum sonis vel *ι* subiũgi necesse est vel *υ*, vt verè Terentianus dicit, nos quoque elaborabimus vt istarum literarũ sonus subiungatur, non dominetur. Nõ enim ibi quicquã subiungimus, vbi nihil anteeedit: sed vt subiungatur quod sequitur, necesse est aliquid constituatur quod præponitur. At *ε* literæ quatuor vocales præponuntur in propriis diphthongis, & *υ* quoque quinque vocales quasi duces soni anteeunt, quibus illæ vt scriptura sic sono subiunguntur: quod quemadmodũ in diphthongis quibus *υ* subiicitur, est perspicuũ, sic in diphthongis quibus postponitur, esse quoq; debet manifestũ. Nam in iis quæ *ι* subiectum habent, vitium in prioribus literis est: in iis quibus *ι* subditur, vitium in ipso *υ* est. Nam vna tantùm diphthongus *ευ* nobis pura puta in sono hactenus relicta est.

AI.

AI igitur diphthongus nullo modo sonat vt e, sed planè Lacinorum ai respondet, raptim scil. & vno spiritu pronuntiato, vt post a non respires, ne duæ syllabæ pro vna audiantur. Hinc Plutarchus in Symposiacis *α* literã semper præesse cæteris vocalibus, nunquam subiici, & eam in dicendo, quidquid consequatur, sonum suum retinere dicit, ac cæteris simul cum eo sonantibus vti. Neque enim vel post *ε* vel *υ* si ponatur *α* cum illis conueniet, aut illorum sic ductũ sequetur vt ex iis vna fiat syllaba, sed quasi indignabunda litera & sese admodum efferens dominatum quæret semper. Et si alteri illarũ præponatur, tum subsequente illa & simul sonante vtitur, & syllabas etiam verborum facit, vt in *αὔριον, αὐλῶν, αἴμα, αἰδοῖος*, & sexcentis aliis. Hæc ille. Quod si *ἀσυμφωνῶν δ' ἀναλυθέντων χρῆται*, vt Plutarchus dicit, quis negabit *α* in eo & *ι* simul sonare? An cæ literæ dominatum non amittunt, quæ in sono nõ minuuntur modò & quasi de gradu deiiciuntur, sed prorsus extinguuntur, vt ne minimus quidem eius sensus in auribus remaneat? Annón idem accidit quùm *αι* litera *ωδ ι* nullo modo consonat, si neutra harum sonum habeat, sed quoddam peregrinum pro vtroque reponatur? Itaque simul istæ sic sonent, vt consonare & consentire possint. Nũc autem quasi neutra digna sono sit, tertium aliquid, nempe *ε* pro vtroque adhibetur.

Perdet igitur *α* dominatum suum, & magistratu suo abibit, si in *αἰμα*. in *αἰδοῖος*, & sexcentis aliis, nihil sonet: sed hoc est imperum facere in magistratum, non pati vt munus suum vbi debet opportunè admuistret. Ex hoc igitur satis probetur *α* in *αι* reliquisque locis vbi ponitur sonum suum retinere, & *ι* cum illo consonare.

Quintilianus etiam *αι* diphthongum Græcos semper per ai vtutuisse memorat. Nos ergo nequaquam Græci sumus, qui diphthongum non efferimus.

Et Terentius Scaurus de orthographia testatur priscos Latinos diphthongum æ Græcis literis *αι* scribere solitos, quam pestea mutárint in æ, sed ita pronuntiárint vt vtraq; vocalis exaudiretur: quemadmodum etiam hoc tempore pronuntiari deberet. Hinc in quibusdam numismatis antiquis in auro & argẽto sculptis videre est, ab altera parte caput Vestæ, & ab altera basilicam Æmiliam cum hac inscriptione, AIMILIA REF.

 Vnde multa diuisis syllabis remanserunt, Persius Satyra 6. citat hoc carmen Ennij.

Lunaí portum (est operæ) cognoscite ciues.

Idem Ennius, *Albai rex longa.ai.*

Lucretius, *Ignoratur enim quæ sit natura animai.*

Idem, *geũdai stridor aquai.*

Martialis, *Attonitusque legis terrai frugiferai.*

Vergilius etiam vetustatis amantissimus.

Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Et,

Dines equúm, dines pictai vestes & auri.

In hoc nempe imitati sunt Græcos, qui ex *παῖς*, hoc est, pais, faciunt *παΐς*.

Gellius probat hoc verbum *fimus* non à *φάρτος* Græco, vt quidam arbitrantur, sed à fetu ideo venire, quia M. Cato & cæteri eius ætatis fenus & feneratorem fine a sonabant, vnde existimat à *φάρτος* illud deduci non posse. At quis non ex hoc videt, in *φάρτος* illos *α* literę sono vsos esse? nunc per nos æquè à *φάρτος* ac à fetu venire potest, qui nullam in istis verbis differentiam ponimus, & propter soni confusionẽ verborum etymologiam agnoscere non possumus. Sæpè enim Grammatici ineptas etymologias adferre nobis videntur, qui distinctionem sonorum non audertimus. Quòd si in veris sonis conquirendis laboraremus, in veris etymologiis constituendis minus hęreremus. Existimemus igitur, si *α* semper sonum retineat vbicunque inciderit: si semperà Græcis *αι* efferatur, si in *φάρτος* cęterisque pronuntietur *αι*, debere *α* in *αι* diphthongo semper sonari. Cur enim non æquè in Græcis hoc fieret, ac in Latinis, vbi Aiax & Achaia dicimus? cur non eodem modo *αἴωρα* & *ἀχαΐνη* Græcè sonamus? si Germanicis, *καΐσαρ* rectè *Kaiser* scribitur, quid vetat eodem sono à Græcis hoc fieri? aut quare apud Græcos vastus, apud Latinos & alios sublimis sonus est? cur in eisdem verbis tanta sonorum dissensio existit, vt vix cognoscamus eadem esse? Nunc verò quomodo illos versus apud Sophoclem legemus?

αἰαῖ, ἰὼ ἰώ· πανταχᾷ δὲ βέβλ. ι πάντυμος
τύμβου ξυνοίκου δυσμορ. πῶς ἐμοῖς πεπλοῖς;
νῦν γὰρ πάρεστι κοὐδὲν αἰσχύνει ἐμοί,
κοὐ πρὸς πατρὸς πεπλοῖς κεκτῆς σύννομον. Hoc est,

At ubique undique pestifere sic concinnum
Meum concursum fuisse nomen meis malis?
Nunc enim res fert & vos lamentari mihi,
Et ter sin tales quippe miserias incido.

Quanquam enim Pindarus sexto Isthmiorum nomen *Αἴανθ' ὁ Τελαμῶνος* deducat: de cuius volatu auguratur Hercules exauditas suas preces, & futurum esse prædicit vt nascatur Telamoni fortissimus filius: non tamen minus fortasse rectè Sophocles & alij à crebra voce *αἰ αἰ*, vel *λὰν δ' αἰάζειν*, quod Theocrito etiam frequens est, deriuant.

Aduerbio *αἰ* consine est *αἰβοῦ*, id est, heu, etiam dolentis & indignantis, interdum admirantis & gestientis præ gaudio. Quod quidem si *ει* vi proferatur, quis non videt quàm nullam planè affectum mentis desiguet?

Quid igitur dubitemus hanc diphthongum *αι* sic sonare, quemadmodum Raiam piscem, Graium, Aio, Aiacem, Maiam, Naiades, & cętera eius generis, confusio sono *α* & *ι*: nullo autem modo vt *ε*?

AY.

AY nequaquam af, sed au sonat, quia litera *υ* non est f vel u consonans, sed u Gallicum: non enim diphthongus conflatur ex vocali & consonante. Et quanquam u Latinum sępè sonum *ϝῦ* digamma habet, illũ non in fine syllabę, sed in principio semper tenet. Temerè igitur hic vitiatus *υ* literę sonus nunc in *αυ* & *ευ* irrepsit. Si autem hoc natura literæ fieret, cur non hoc in *υ* quoque vsu veniret? At *υ* diphthongum bene sonamus. Itaq; vt reliquę bene sonentur, idem sonusin reliquis obseruetur. Si enim vocalis cõsonantibus iuncta diphthongus esse nõ potest, (diphthongus enim duarum vocalium copulatio est) iunctus etiam ex vtraque sonus proficiscetur. Quod si altera à vocali abeat, iam non diphthongus, sed alia syllaba erit.

Hîc ergo Demosthenis exemplo ne pudeat à canibus diligenter diphthongum *αυ* cognoscere. Nam Aristoph. poeta dum canem latrantem exprimere vellet, *αὖ αὖ* dixit.

Terentij fabulam *Ἑαυτὸν τιμωρούμενον* dicimus Heauton timorumenon, non heafton dimorumenon.

Cæterum hic posset fortassis alicui scrupulum iniicere locus Ciceronis, qui est lib. 2. de diuinat. Quum, inquit, M. Crassus exercitum Brũdusij imponeret, quidã in portu caricas Cauno aduectas vendens, *cauneas* clamitabat. dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caueret ne iret: non fuisse periturum, si omini paruisset, quas si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda. Hactenus Cicero: ex quo colligitur ea tempestate vicinitatem quandam soni fuisse in vocibus *Cauneas* & *caue ne eas*.

Ex quibus constat voces *καυνέας*, & *caue ne eas* pronuntiatio. ne non admodum diuersas fuisse, præsertim quum Romani non *cafseas* sonuerint vel *caqueas*, sed *cauneas*: *cauneas* autem *cauve-*

EI.

EI diphthongum hodie cum simplici iota confundunt homines etiã eruditissimi, sed errore non minus manifesto quàm periculoso, propter multiplicem vnius soni significandi rationem, quum debeat proferri ei, hoc est, vtraque vocalis *ε* & *ι* cõiuncto sono exaudiri, sicut in Eia aduerbio adhortantis. Martial. lib. 11.

Eia age rumpe moras.

quod Græci dicunt *ἔια, ὦ ἔια*. Aristoph. *εἶα πρόλα*. Hei interiectio dolentis siue iugemiscentis. vnde apud Terentium, Hei hoi: vbi in posteriori etiam sonus diphthongi *ει* exauditur.

Galli diphthongum hanc referunt in *sein* sinus, *feint* fictus, *plein* plenus.

I longum antiquis Romanis proferebatur vt hæc diphthongus *ει*, hoc est *e*, & ei inclusum habebat: quod vsitatum fuisse tempore Ciceronis ex vocibus *βίνει* & Latina *bini* constat. Confirmat hoc Quintilianus, dum de ei Latino dicit, durauit diutius vt ei iungendis eadem ratione qua Græci *ει* vterẽtur. Quomodo autem Latini hoc eadem ratione qua Græci vtebantur? quomodo, nisi quemadmodum tradunt veteres, vbi i longum esset, Valerium semper ei scripsisse, inémq; vetustiores Latinos, extaréque in vetustis inscriptionibus hanc scripturam. *Celeberrimei, vem. preimus*, pro *celeberrimi, vir. primus*? & Sospiter ait Varronem lib. 6. Epistolicarum quæstionum dicere *Eclogas ex Annalei descript. ss.* Vnde in numismatis antiquis I. EI BERTAS SERVEILIVS, EIDVS, quod Plutarchus *εἰδῶν*. Plauti comœdia Captiuei, & passim apud authores, queis, omneis, Tralleis, Sardeis, & id genus alia, quæ etiam per I longiusculũ & extans solẽt scribi: OP EIMIVS OPIMIVS, BINEI BINI, EIRONEIA IRONIA, eodẽ tamẽ seruato sono ei.

Vnde Victorinus de orthographia: Quum verò eadem i, e literæ iuncta esset, non solùm pro longa ly llaba accipiebatur, sed nominatiuum pluralem ita scriptum significabat, vt amicei, boneí, sodeíi, Romanei, & similia. At ii per solum i scripta esset, eadem genitiuum singularem faciebat, vt *huius amicí*.

Hermogenes autem in dicendi formis, vbi *ἐπιτομὴν* loquitur, diphthongos & vocales longas hanc formam illustrare dicit, si in finem dictionum cadant. præter *αι* diphthongum. Sin ipsum per se ponatur, minimè, tum grandem orationem eam facit quæ ea abundat: contrahit enim magis, & ad rictum deducit os, & minimè fauces compler.

Eam verò in lingua Latina hæc diphthongus suauitatem obtinuit, vt quum Sulpitius ex *ει* diphthongo *ε* tolleret, & e plenissimum relinqueret, à Crasso apud Ciceronem lib. de Oratore iij. reprehensus sit, quòd non antiquos oratores, sed messores videretur imitari. Quòd si nos nunc in alteram partem perpetuò peccantes audiret Crassus, mirum ni non messores nos, sed passeres vocaret, qui sic pipitaremus. Cùm nunc æ accusatiuos quidem illos plurales omneis, treis, parteis, scribamus, sed expuncto *ι* cum Sulpitio dicamus omnes, tres, partes. Seruata est tamen in paucis quibusdam vt in hei & queis & poeticis illis, *Iam validam Ilionei nauem, & Orphei Calliopeia.*

Vitiosa huius diphthongi tum pronuntiatio tum scriptio non paucos authorum locos corrupit, vtróſq; alioqui doctissimos decepit. Et, vt de multis vnum aut alterum adferamus, elegantissimum adagium *πηδεῖν τὸν πρόβλον ὡς πείσῃ*, id est, retinere eor in ancorali fune: hoc est, in sua constantia atque firmitudine, apud Synesium in Encomio caluicij hactenus redditum fuit, in Pisa animum præparare. Interpres enim pro *πείσῃ* (quę etiam *πείσεμε* & *πεμνύσιον* vocatur) legit *πίσῃ*. Similis menda in libello Plutarchi *περὶ ἀοργησίας*, vbi librariorum incuria, quę ob negligetam pronuntiationem solet intidere, vox *πείση*, deprauata est in *πίσει*: ita vt Erasmo ipsi ansam erroris præbuerit, dum hæc *ὁ τῆ ὁμοιογκῆ πείσῃ ῥᾳδίως τ' ὀμῷν* vertit in persuasione Homerica permanentem.

EY.

In *εὖ* diphthongo hodie peccatur, sicut in *αυ* paulò ante peccari ostendimus. Nam *εὖ* sonat eu, non ef, *εὖρος*, eurus, *εὖγε*, euge, *πανσὰρ εὖρος* pentateuchos non pendatefchos.

OI.

OI, sicut in *αι* tradidimus, integrè quoque proferendum, vt vtriusque vocalis sonus possit exaudiri, non tanquam simplex *ῖῶτα*, quemadmodum vulgo. Sono quippe differunt *πάσης* obesitas, & *πάσης* qualitas. Quod liquet ex dictionibus Gallicis, *moi, foi, toi*: quas retinuerunt à Græcis *μοὶ, σοὶ*, Doricè, *τοὶ*, & *οἰ*, aspiratione mutata in ſquemadmodum *ὅς* in *ſus*.

Manfit in extremis syllabis, integrior hæc diphthongus in his quidem vocabulis quæ in n desinunt, vt *soin, besoin, loin*. Et apud Latinos in his vocibus, Troia *τροῖα*, non Tria.

Hanc diphthongum etiam retinent antiqui illi datiui *bonoi, dominoi*, pro *bono, domino*: & illud Catulli initium, *Quoi dono lepidum nouum libellum.*

Thucydidis locus ex libro historiarum primo tam planus est, vt de sono *οι* minimè dubitari possit. Nam quũ patrum aut quorum memoria oraculum quoddam Atheuienſibus datum esset, propter longitudinem temporis iterum pènè è memoria illorum abiit, vt ij qui à patribus illud acceperant, in magna varietate & dissensione essent, aliis *λοιμὸν* in carmine, aliis *λιμὸν* pestis stragesque hominum & bestiarum totam terram inuasisset, tum *λοιμὸν* fuisse in oraculo dicebant. Quòd si a'io tempore, inquit Thucydides, aliud bellum ingruat quod fames quædam sequuntura sit, tum *λιμὸν* & non *λοιμὸν* dicent. Carmen verò apud Thucydidem hoc est:

Ἥξει Δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ.

Matthæi xiiij. cap. *Καὶ ἐσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ κατὰ τόπους καὶ σεισμοί.*

Latini hanc diphthongum per *oe* reddunt, *Φοῖβος* Phœbus, *Κροῖσος* Crœsus.

OY, u vocalis.

OY profertur vt u vocalis, id est, ou. *μοῦσα* Musa, *τοῦ λόγου*, tous logous.

u enim, licet nonnullis hodie corruptè sonet vt *υ* sive u Gallicum, omninò Latinè proferendum vt hæc diphthongus *ου* quæ inter proprias sola rectè ab omnibus pronuntiatur, & pura puta in sono relinquitur.

Igitur u Latinum scriptura simplex, sono coniunctum est: quare diphthongus potius quàm vocalis censenda videtur.

Nisi enim o in u sonaremus, à Latino u ad Græcum *υ* veniremus. hoc autem inter se distant quòd *υ* simplex est, nihil admixtum, nihil alienum adiunctum habet: u verò perpetuum ducem soni habet, & iunctus cum illo perpetuò in ore exit.

Tradunt etiam nonnulli aliquando pro u longo scripsum ab antiquis fuisse *ϝ* vt lemen, nuntij, & Græci ferè *υ* diphthongo reddunt vocalem u Latinum idem sonantem.

Tullius *Τύλλιος*: Gaza & Planudes *Τοῦλλος*. Iunius *Ἰούνιος*. Brutus *Βροῦτος*, custodia, *κουστωδία*. Itemque u consonantem crescente numero syllabarum, Valerius *ἐναλέριος*. Varro *ἑκάεργον*. Seruius *Στρόβιος*, Heluetij *Ἑλουήτιοι*, Plutarchi *Γαλάτοι*.

YI.

TRES quæ sequuntur diphthongi, licet proprię, rariores tamen sunt, & *καταφωνεῖ* vocantur hoc est, male sonantes, quòd difficilioris sint pronuntiationis: videtur esse causa cur à Grammaticis inter impropias numerarę sint.

ηι igitur siue *ῃ* sonat ui per u Gallicum vna syllaba comprehensum, non *ι* longum, vt vulgò solent efferre: vt *ἅρπυια* harpuia non harpia. Quam diphthongum videre licet in his dictionibus Gallicis, *puis*, puteus, *pluie*, pluuia, *huis*, ostium.

Quæ Græcè scriberentur, *πῆς, πῶλος, πῆδε*.

HY.

HY sonandum esse aiunt plerique vt ceu, non if, quemadmodum vulgò, quòd si: facta ex *ὅϋ*, id est ceu, *ι* in *η* mutato, vt ab *ὅϋτος* huiusmodi, ceuchomeen, non ifchomin.

ΩY.

ΩY proferendum eodem ferè modo vt *ω*, sed vastiori sono, nempè oou non of. Ionum propria est: illi enim pro *ὠὸν* dicunt *ὠυὸν*, hoc est, ooutos, non oftos vt vulgò. Hoc tamen interest inter *ὦ ου* & *ηυ αυ*, quod *η* & *ω* in istis, quòm longa sint, pronuntiationem ita retinent vt hiatum vitare non possis.

De tribus diphthongis impropriis.

IMPROPRIÆ diphthongi dicuntur, quòd licèt ex duabus constent vocalibus, non tamen duos sonos in vnum coactos exprimant, sed vnius tantùm vocalis sonum edant. Ideóque abusiuè & *καταχρηστικῶς* diphthongi vocantur.

α.

ᾳ, Id est alpha, *ι* paruulo subscripto, sonat a longum: neque enim aliter *α* atque *α* simplex vocalis effertur, *φιλίᾳ* philia. *ᾅδης* hadees, id est, Pluto: sæpè pro inferis & terra ponitur, quomodo vtitur Polyxena apud Euripidem in Hecuba,

ὑπὸ σὸν ἄδμ' ἔκειτο μὴ χωρὶς σέθεν.

η.

ῃ, id est, *ῆ* subscripto *ἠῖθε*, sonat vt *ῃ*, hoc est, ee, *τῇ ὑμῇ* tee time ee, non ti timi.

ληῖς leeltees, *πῦ λῃίσεσιν κελεύεις*.

ω.

ῳ, id est, o mega *ἰῶτα* subscripto, sonat *ὠ, πῇ λόγῳ* too log oo. Pro hac Latini œ vtuntur: *κωμῳδία* comœdia, *τραγῳδία* tragœdia.

Olim, *ἰῶτα* ipsum literis adscribebatur; non subscribebatur, minori tamen forma quàm præcedens litera, quasi dimidiatum *ἰῶτα* hoc modo, *ῳ τι ου*. Quæ scribendi ad latus confuetudo remansit in literis capitalibus *ΑΙ, ΗΙ, ΩΙ*.

De τ post γ: ante β: π post μ: ante γ, & similibus.

Grammatici nouos quosdam pronuntiationis canones hîc solent subiicere.

Illi enim ranquam edicto perpetuo caueruut literas *τ γ π γ* alios atque alios sonos admittere. *τ* enim post *γ* sonare vt *d*: ante *β, μ, π*, vt *m*: *π* post *μ*, vt *b* Latinum, itidem post *γ* in diuersis dictionibus: *γ* ante *γ* & *ξ* sonare perinde vt *n*, sic ante *c*, sed ipsum *s* sonandum vt *χ*.

ἐφωνίαν præterunt, ſicut in omnium literarum & diphthongorum ſonis.

τὸ πάνταλον & Ἀντώνιον proferunt *ton dandalon & Andonion.*

Atqui ſi ita ſit, quis diſcernet inter τὸ τόμον, id eſt tremorem, & τὸ δόμον curſum: item inter οἶκόνδε aduerbium ad locum, id eſt, domum, ſiue ad domum, & οἶκον τε domumque, ſi eadem vtrobique eſt pronuntiatio? Quorſum denique attinebat illa diſputatio περὶ συλλαχείας καὶ διαλλαχείας, quæ tot tantorumque virorum ingenia & labores in vtramque partem torſit, dum hic per τ, ille per δ ſcribendum putat, niſi quia non eadem vtrinq; ſignificatio, nec prolatio?

Harmenopolus ac Theophilus in libris iuris Græcè conſcriptis vtuntur dictione πεμπτάμενος, vt verisimile ſit non aliter ſonuiſſe quàm Latinâ vocem *teſtamento*, non autem *teſtamendo*.

Euphonia id ſuadet, quòd omnes literæ ſonent vt ſcribuntur. Longè verò commodiùs τὸ βίον ſonamus *ton bion*, quàm *tom vion*, quemadmodum Latinis *nomen bonum*, non *nomen vonum*: itē facilius τὸ παῦλον *ton Paulon*, quàm *ton Baſſon*. Ad quod etiam facit ſententia Fabij, qui ait apud Græcos nullam dictionem in μ finiri, nempe quia moleſta eius ſit pronuntiatio.

Γ ante alterum γ, vel κ, vel χ, vel ξ, quod docent Grammatici ſicut γ pronuntiari ſolere, vt ἄγγελος, ἀγκύλιαι, ἀγχίσης, Angelus, Ancilia, Anchiſes, quo modo proferre ſolent Latinitas hoc quidem controuerſia caret. Nam probabile eſt, Græcos, ſi pronuntiationem mutaſſent, ipſam quoque literam fuiſſe mutaturos, ſicut in συμπλυγάδες pro σαν πλεγάδες, προ κρέμαλος, & ſimilibus: quod γ ante κ, & τ ante ζ collocari non poſſit vt teſtatur Dionyſius. Atqui tantum abeſt vt ſuum γ ſequentibus illis literis mutârint in γ, vt contrà ſi ipſum γ occurrerit, ſonum illius auerſati, & mollitiem illam aſpernati, ſoleant conuertere in γ, vſitata illa orthographiæ regula, quod ſemper γ ante γ κ ξ χ migrat in γ, quam ita tradit Gaza, τὸ ὅτι ἀεὶ τὸ γ, ἢ χ, ἢ κ, ἢ ζ σὺν ἑαυτῇ ἑρμοσθέν, ἀλλὰ πρίνεται εἰς τὸ γ. Cedò, qua ratione dici poteſt γ conuerti in γ, vt deinde ipſum γ ſicut γ pronuntietur? Nam potius ipſum γ ſeruari & γ, ſi occurriſſet, in γ conuerti oportuerat. Quòd ſi quis obiiciat, Latinam pronuntiationem: reſpondemus non de Latina, ſed de Græca lingua hîc quæri. Γ autem in γ à Latinis mutari non magis miror, quàm λ in l, vt Ὀδυσσεύς Vlyſſes: & in ζ, vt δὶς bis. Si rurſus quis opponat, id poſtulare pronuntiationis rationem: iterum quæram, cur igitur γ, quùm eiuſmodi plerique locis occurrit, in γ conuertitur, ac non potiùs retinetur? deinde quid tandem cauſæ ſit, cur hoc dicamus poſcere pronuntiandi rationem, quàm ipſum potius, cum illis literis cohærere non poſſe Dionyſ. doceat, & regula orthographiæ id apertè declaret? Certè Priſcianus author eſt, vetuſtiſſimos ſcriptores Romanorum euphoniæ cauſa pro n ſcripſiſſe g, vt Agchiſes, ageps, aggelus, aggens: quod oſtendit Varro 1. de origine linguæ Latinæ, his verbis: Aggulus, aggens, agguilla, iggerunt, in eiuſmodi Græci & Actius noſter binam g ſcribunt, alij n & g, quod in hoc veritatem facilè videre non eſt, ſimiliter ageceps & agcora. Victorinus autem cui propter antiquitatem plurimum tribuendum eſt, ait γ ante γ & ante κ ſonandum potius vt n. Idem vult duo g ſcribi quoties duorum g ſonum aures exigent, vt aggredior, ſuggero, oggannio, & ſimilibus. Cur enim non conſulatur auribus? quarum eſſe iudicium ſuperbiſſimum dixit Cic. in Oratore. Duplex igitur γγ Græcè efferendum quemadmodum ipſi Latini pronuntiant in aggero: & tantò mollius eſſe videtur quàm duplex κ, quantò molliùs pronuntiatur γ quàm κ: illud autem κκ & Latini & Græci vſurpant, vt ἐκκλησία Eccleſia.

Fatendum quidem eſt ante χ vel κ vel ξ. γ proferri non poſſe, præſertim in vltimis ſyllabis, vt σάραγξ, φάλαγξ, λύγξ, Syrinx, Phalanx, Lynx. quia nimirum γ nullam habet coniunctam vocalem cum qua cohæreat.

Sed quid hic facias, quum diſertè dicant Græci ipſum γ, iiſdem his literis præponi non poſſe? quod ſi verum eſt, cur Latini tamen id faciunt? ſcribunt enim Ancillæ, Anxur, Anchiſes) & Græci Grammatici cur γ ante has literas vt γ pronuntiandum eſſe docent? Nam ſi pronuntiari poteſt vt debet, certè etiam ſcribi. Reſpond. in huiuſmodi vocabulis literam quidem n & à Latinis ſcribi, & à Græcis pronuntiari, ſed adulterinum, ſicut Gellius ex Nigidio obſeruauit. nam n non eſſe (inquit Nigidius) lingua indicio eſt: nam ſi ea litera eſſet, lingua palatum tangeret.

Hanc ergo doctiſſimi Grammatici præceptionem ſi ſequamur, dicemus γ ante γ κ ξ, mutari à Græcis in γ, non vt ipſum γ enuntietur, (nam id fieri non poteſt) ſed vt ſignificetur illud γ peregrino quodam ſono eſſe pronuntiandum, id eſt, infracto, ita vt lingua palatum non feriat, quomodo etiamnum hodie à Gallis pronuntiari ſolet m vel n, in mediis præſertim dictionibus, quùm ſyllabam claudunt: *manger* edere, *entre* atramentum, *Anglois* Anglus, *Anion* Andegauum, *trembler* tremere, *ſomme* ſomnus, *colomne* columna, *combattre* pugnare.

APPENDICIS FINIS.